De

C. Sollii Apollinaris Sidonii

studiis Statianis.

SCRIPSIT

RUDOLPHUS BITSCHOFSKY

PHIL. DOCTOR.

VINDOBONÆ.

SUMPTIBUS CAROLI KONEGEN

MDCCCLXXXI.

De

C. Sollii Apollinaris Sidonii studiis Statianis.

SCRIPSIT

RUDOLPHUS BITSCHOFSKY
PHIL. DOCTOR.

VINDOBONÆ.
SUMPTIBUS CAROLI KONEGEN
MDCCCLXXXI.

GUILELMO HARTELIO

MAGISTRO CARISSIMO, STUDIORUM MEORUM FAUTORI

LIBERALISSIMO

CAROLO SCHENKELIO

HUIUS LIBELLI ADIUTORI BENEVOLENTISSIMO.

C. Sollium Apollinarem Sidonium P. Papinium Statium non solum studiose lectitasse,[1]) sed etiam praeter ceteros poetas suis ipsius carminibus imitatum esse satis constat. Iam *Marklandus* in Silvarum editione, quae prodiit anno 1728 iterumque anno 1827, Sidonium et vocum Statianarum perpetuum fere captatorem dicit (ad Silv. I 1, 10) vel notissimum sive perpetuum Statii imitatorem (ad Silv. I 2, 136. II 7, 10) et haud paucos locos difficiles corruptosve explicare vel sanare conatur adhibitis imitatoris versibus. Quem secuti recentioris quoque aetatis viri docti velut *Maur. Hauptius* (cf. Beiträge zur Berichtigung der Gedichte des P. Papinius Statius in opusc. III 126) et historiae litterarum Romanarum scriptores *Baehrius,*[2]) *Bernhardius,*[3]) *Teuffelius,*[4]) *Ebertus*[5]) imitationis Statianae a Sidonio adfectatae mentionem faciunt nequedum quisquam singulari quaestione hanc rem pertractavit, id quod mihi propositum est.

Ac primum quidem paucis exponere velim, quibusnam rebus adductus sit poeta ut Statii potissimum

---

[1]) Cf. epilog. carm. 22 Sirm., Si quis autem carmen prolixius eatenus duxerit esse culpandum, quod epigrammatis excesserit paucitatem: istum liquido patet neque *balneas Etrusci* neque *Herculem Surrentinum* neque *comas Flavii Earini* neque *Tibur Vopisci* neque omnino quicquam *de Papinii nostri silvulis* lectitasse', et carm. 9, 223-226 (apud Sirm. falso 228 sqq.)

Non quod *Papinius* tuus *méus*que
Inter Labdacios sonat furores,
Aut cum forte pedum minore rhythmo
Pingit gemmea prata *silvularum.*

[2]) I 425 ed IV. [3]) p. 517 ed. V. [4]) p. 726 ed. III. [5]) L. d. M. I 406.

vestigia premeret. Videntur autem praecipuae eius rei causae in ipsa occasionum condicione argumentorumque, quae uterque tractabat, similitudine quadam positae fuisse, quo factum est, ut metrorum quoque genera, quae in Silvis inveniuntur, eadem fere in Sidonii carminibus occurrant. Omnino enim ratio atque indoles utriusque poetae in eo congruebat, quod nisi certa occasione data carmina sua minora quidem fundere non solebant, qua de re complura ipsorum exstant testimonia.[1]) Quod quo facilius perspici possit, conspectum metrorum argumentorumque, quae apud utrumque obviam fiunt, subiciam; neque in hac quaestione eorum tantummodo carminum rationem habebo, quae in peculiaris libri formam redacta Sidonius edidit, sed ea quoque adhibebo, quae epistularum libris inseruit.

Versibus *heroicis* scripta sunt Sidonii cc. 2. 5. 7. 11. 15. 16. 22, Statii Thebaidos Achilleidosque libri et Silv. I 1. 2. 3. 4. 5. II 1. 2. 3. 4. 5. 6. III 1. 2. 3. 4. 5. IV 1. 2. 4. 6. 8. V 1. 2. 3. 4. 5; *hendecasyllabi* inveniuntur in Sidonii epist. II 8 et 10. III 12. IV 11. VIII 9 et 11. c. 9. 12. 13 (inde a v. 21.) 14. 23. 24, in Silv. I 6. II 7. IV 3 et 9; *metrum Sapphicum* quod dicunt adhibitum est apud Sidonium epist. IX 16 et in Silv. IV 7.

Sidonius duo scripsit *epithalamia:* c. 11 Ruricio et Iberiae dictum et c. 15 Polemio et Araneolae dictum, Statius unum in Stellam et Violentillam Silv. I 2. *Eucharisticum* ad Faustum Reiensem episcopum titulus est 16. Sidonii carminis, *eucharisticon* ad imp. Aug. Germanicum Domitianum inscribitur c. Silv. IV 2.

[1]) Cf. Silv. praef. l. I., hos libellos, qui mihi *subito calore* et quadam *festinandi* voluptate *fluxerunt* . . . . . nullum enim ex illis biduo longius tractum, quaedam et in singulis diebus effusa, et Sidon. epist. IX 13: suscipe libens, quod temporibus Augusti Maioriani, cum rogatu cuiusdam sodalis ad coenam conveniremus, in Petri librum magistri epistolarum *subito* prolatum *subitus effudi.*‘

Sidonii unum habemus *propempticon* ad libellum c. 24, Statii duo exstant: unum Metio Celeri Silv. III 2, cui adiungas velim Silv. III 4 capilli Flavi Earini.

In Sidonii epistulis IV 8 et 18, V 17 quae inserta sunt quaeque in carminum libro insunt nonnulla (cf. 18. 19. 21), in *epigrammatum* numero habenda esse apparet. Ad idem genus Statii quaedam carmina pertinent velut Silv. II 3 arbor Atedii Melioris, II 4 psittacus Melioris,[1]) alia, quamvis epigrammatum modum aliquantum excedant.

Carmine, quod est in epist. II 10, ecclesiam recens aedificatam, c. 22 Burgum Pontii Leontii describit Sidonius. Eiusdem generis sunt villa Tiburtina Manilii Vopisci S. I 3, balneum Claudii Etrusci S. I 5, villa Surrentina Pollii Felicis S. II 2, alia nonnulla. Panegyricorum denique trium: quem Romae Sidonius dixit Anthemio Augusto bis consuli c. 2, panegyrici Julio Valerio Maioriano Augusto dicti c. 5, panegyrici Avito Augusto socero dicti c. 7 haud ita dissimile est argumentum carm. Silv. IV 1 quod inscribitur septimus decimus consulatus imp. Aug. Germanici.

Neque hoc loco praetermittam Sidonium Statii morem secutum, qui singulis carminum libris praefationem soluta oratione scriptam praemisit, ipsum quoque duobus locis (cf. carm. 14 et 22) prosa oratione esse praefatum.

Antequam vero singulos locos Sidonianos Statianosque, qui inter se comparari possunt, adferam, paucis de ratione dicendum videtur, quae inter Statium Sidoniumque intercedat atque Vergilium. Nam ut Statium Vergilii imitandi studiosum fuisse constat (cf. *Baehr.* h. l. R.[4] I. 425. *Bernhardy.*[5] 516. *Teuffel.*[3] 722. *A. Zingerle.* zu sp. lat. D. 26), ita Sidonium quoque multa ex illo hausisse facile intellegas, unde, sicubi tres illi poetae congruunt, quaestio

---

[1]) Cf. Silv. praef. lib. II. 'in arborem certe tuam, Melior, et psittacum scis a me leves libellos *quasi epigrammatis loco* scriptos.'

oritur, sitne Sidonius Statii an Vergilii potius exemplum secutus. Neque dubium esse potest locis huc spectantibus diligenter perpensis, quin Sidonius magis ad Neapolitani quam ad Mantuani poetae verba se applicaverit, cuius quidem carmina, id quod ex iis quae supra exposuimus colligas, ipsius ingenio maxime convenerint. Tamen locos Vergilianos ab hac parte memorabiles, ubi visum est, comparandi gratia apponere non supersedi. Si quis autem eos locos Sidonianos cognoscere cupit, in quibus unum alterumve fortasse et ex Claudii Claudiani, quem ipsum quoque imitatus est Sidonius, carminibus depromptum esse possit, *Jeepi* librum consulat nuperrime editum: Claudii Claudiani carmina vol. II. eaque, quae in praefatione inde a p. LVII usque ad p. LXXVI collecta sunt, cum iis conferat, quae infra congesturus sum. Ego locorum Claudianeorum, qui ad hanc quaestionem pertinent, numeros singulis paginis subicere quam locos integros exscribere malui: quam rationèm in aliorum quoque poetarum velut Martialis, Senecae adferendis versibus, unde Sidonium nonnulla decerpsisse facile probatur, sum secutus.

Restat, ut editiones enumerem, quibus usus sum. Sidonii carminum editionem criticam, quam dicunt, adhuc desiderari maxime est dolendum: neque enim antiqua illa *Sirmondiana* (Par. 1652), a qua carminum epistularumque ordinem mutuatus sum, neque novissima *Baretiana* (Par. 1879), qua singula carmina temporum ordine digesta eahibentur, [1]) ullo modo iis satisfaciunt, quae iure possis exspectare. Ad Statium pertinent:

---

[1]) *Oeuvres de Sidoin eApollinaire.* Texte Latin publiées pour la première fois dans l'ordre chronologique d'après les mss. de la bibliothèque nationale, accompagnées de notes des divers commentateurs, précédées d'une introduction contenant une Étude sur Sidoine Apollinaire avec des dissertations sur la langue, la chronologie de ses oeuvres, les éditions et les manuscrits par

P. Papini Stati Thebais et Achilleis cum scholiis recensuit *Otto Mueller*. Vol. I Thebaidos libri I-VI, Lipsiae 1870.

Publius Papinius Statius. Recognovit *Gustavus Queck*. Tom. II. Thebais. Lipsiae 1854, quem librum inde a septimo Thebaidos libro secutus sum.

P. Papinius Statius. Vol. I. Silvae. Recensuit *Aemilius Baehrens*. Lips. 1876. Vol. II. Fasc. I. Achilleis. Recensuit *Philippus Kohlmann*. ib. 1879.

I.

PRIMUM LOCUM IIS IMITATIONIS EXEMPLIS TRIBUENDUM DUXI, IN QUIBUS NON SOLUM VOCABULORUM, QUAE ADHIBITA SUNT, USUS, SED ET RERUM, QUAE NARRANTUR, ORDO AC DISPOSITIO CONGRUUNT ITA UT NON SINGULAS QUASDAM PARTES, SED SUMMAM TOTIUS SIDONIO OB OCULOS VERSATAM ESSE SATIS POSSIT INTELLEGI.

Itaque inter se comparemus Sidonii c. 11: epithalamium Ruricio et Iberiae dictum et Silv. I 2: epithalamium in Stellam et Violentillam. Quamvis enim *Ebertus* (L. d. M. I 404) contendat poetam in epithalamiis componendis Claudianum secutum esse, tamen mihi persuasum est, ipsum illud Statii carmen Sidonio fuisse exemplar. Quae res quo facilius omnibus probetur, utriusque carminis argumentum meis ipsius verbis explicabo.

Describitur a Sidonio Veneris templum a Volcano summa arte exstructum deque Galathea narratur, quae adiecto pondere conchae Tritonis latus premit fixoque vellit pollice:

M. Eugène Baret, inspecteur général de l'instruction publique. Conferas quod de hac editione tulit iudicium Baehrensius in *Bursian*. annal. XIV 167. Sed iam crescit nova quam parat Christianus Lütjohann Sidonii editio, qua firmum rei criticae interpretationisque paratum iri speramus fundamentum.

29-33

Interiore loco simulavit Mulciber auro
Exstantes late scopulos atque arte magistra
Ingenti cultu naturae inculta fefellit,
Huic operi insistens, quod *necdum* noverat illa,
Quae post *Lemniacis* damnavit furta *catenis.* [1])

40-42

Tum gaudens torquente ioco subridet amator
Vulnere iamque suam *parcenti* pistre *flagellat.*
Pone subit turmis flagrantibus *agmen Amorum.*
Solus deerat Amor, Veneris filius.

54

Sed fulsit ut ille
Forte *dies,* [2]) *matrem* celeri petit ipse volatu.
Cuius fax, arcus, corytus *pendebat.* At ille
Cernuus et laevae *pendens* in margine palmae
Libratos per inane pedes adverberat [3]) alis,
Oscula sic matris carpens, somnoque refusae
Semisopora levi scalpebat lumina *penna.*
Tum prior his alacer coepit: Nova gaudia porto
Felicis praedae, *genetrix.* Calet ille superbus
Ruricius nostris *facibus* dulcique veneno
Tactus votivam suspirat corde dolorem.
Esset *si* praesens aetas, impenderet illi
Lemnias imperium, Cressa stamen labyrinthi,
Alceste vitam, Circe herbas, poma Calypso,
Scylla comas, Atalanta pedes, Medea furores,

---

[1]) 23, 289 sq. Seu Martem simulat modo in *catenas*
Missum *Lemniacas*

[2]) 14, 1-5 Prosper conubio *dies* coruscat,
Quem Clotho *niveis* benigna *pensis,*
Albus quem picei lapillus Indi,
Quem pacis simul arbor et iuventae
Aeternumque virens oliva signet.

[3]) Cf. Th. IX 686.

Hippodame ceras, cycno Iove nata coronam.
Huic Dido in ferrum, simul in suspendia Phyllis,
Euadne in flammas, et Sestias isset in undas.
His haec *illa refert*

puellamque summis effert laudibus:

86-92

Te quoque multimodis *ambisset* Iberia ludis,
Axe Pelops, cursu Hippomenes, luctaque Achelous,
Aeneas bellis, spectatus Gorgone Perseus.
Nec minor haec species, toties cui *Iupiter* esset
Delia, taurus, olor, satyrus, draco, fulmen et *aurum.*
Quare age, iungantur: nam *census,* forma genusque
Conveniunt; nil hic dispar tua fixit arundo.

His dictis currum suum conscendit magnificentissimum et

108 sq.

pasci suetos per Cypron *olores*
Vittata stringit myrto,

una cum filio ad Ruricium proficiscens Iberiamque

113-123

Hic triplex uno comitatur gratia nexu,
Hic redolet patulo fortunae copia cornu,
Hic spargit calathis sed flores Flora perennes,
Hic Cererem Siculam Pharius comitatur Osiris,
Hic gravidos Pomona sinus pro tempore portat,
Hic Pallas madidis venit inter prela trapetis.
Hic distincta latus *maculosa nebride* Thyias
Indica Echionio Bromii rotat orgia thyrso,
Hic et Sigeis specubus qui Dindyma ludit,
Iam sectus recalet Corybas, cui gutture ravo
Ignem per bifores *regemunt* cava buxa *cavernas.* [1])

---

[1]) Cf. quae de hoc versu infra dicentur s. v. regemo, p. 77 ad 5, 494 sqq. p. 35. et.

Ad thalamos cum venissent, novis maritis gratulantur:

131-133

Feliciter aevum
Ducite concordes; sint nati sintque *nepotes,*
Cernat et in proavo sibimet quod pronepos optet.

Cf. de Baccho et Apolline 22, 22 sqq. 66 sqq.

Statius [1]) Stellae Violentillaeque nuptias celebrat, quibus ipsi dii deaeque interfuisse dicuntur:

24-26

Ergo *dies* aderat Parcarum conditus *albo*
Vellere, [2]) quo Stellae Violentillaeque professus
Clamaretur hymen.

Iam quae causa toros inopinaque gaudia Stellae attulerit, Erato poetam docet. Venus enim aliquando in thalamo iacebat duro Volcani amplexu resoluta.

54

Fulcra torosque deae tenerum premit *agmen Amorum.*

59 sq.

Fessa iacet stratis, ubi quondam conscia culpae
Lemnia deprenso repserunt *vincula* lecto. [3])

Ad quam Amor filius accedit rogatque, ut tandem iuvenis misereatur poetae, qui ingenti Violentillae captus sit amore.

79-84

Ast illam summa leviter (sic namque iubebas)
Lampade *parcentes* et inerti strinximus *arcu.* [4])

---

[1]) Cf. Claud. epith. Hon. et Mar.

[2]) Silv. III 1, 55 Iamque *dies* aderat; 2, 127 Ergo erit *illa dies;*
Verg. A. IX 107 sq. Ergo aderat promissa *dies,* et tempora Parcae
Debita complerant.
Seneca Herc. fur. 875. Octav. 669 sq.

[3]) Th. III 274. Hoc mihi *Lemniacae* de te meruere *catenae?*
VII 62 sq. — *nondum* radiis monstratus adulter
Foeda *catenato* luerat conubia lecto.
Markl. deprenso — furto coniecerat coll. Sidon. v. 33. — Scripturam traditam „lecto" tenendam esse duco: stud. Vindob. II 313.

[4]) Silv. V 4, 10 Praeterit et gelido *parcit* miserata *flagello.*

Ex illo quantos iuvenis premat anxius *ignes*
Testis ego, attonitus quantum me nocte dieque
Urgentem ferat. Haud ulli vehementior umquam
Incubui, *genetrix,* iterataque *vulnera* fodi.

103-105

Dixerat, et tenera *matris* cervice *pependit*
Blandus et admotis tepefecit pectora *pennis.*
Illa refert,

virginem illam summis cum corporis tum animi virtutibus praeditam esse:

121 sq.

Huic quamvis *census* dederim largita beatos,
Vincit opes animo.

130-136

Hanc *si* Thessalicos vidisses, Phoebe, per agros,
Erraret secura Daphne. *Si* in litore Naxi
Theseum iuxta foret haec conspecta cubile,
Gnosida desertam profugus liquisset et Euhan.
Quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
Falsus huic pinnas et cornua sumeret aethrae
Rector, in hanc vero cecidisset *Iupiter auro.* [1]

Sed datum iri eam iuveni.

140-142

Sic fata levavit
Sidereos artus thalamique egressa superbum
Limen Amyclaeos ad frena citavit *olores.*

Itaque cum Amore domum Violentillae profecta blandis verbis virginis animum flectere coepit:

182

Ergo *age, iunge* toros atque otia deme iuventae.

219-228

At procul ut Stellae thalamos sensere parari
Latous vatum pater et Semeleius Euhan,
Hic movet Ortygia, movet *hic* rapida agmina Nysa.

---

[1] De hoc loco infra dicam ad 15, 177 sq. p. 53.

Huic Lycii montes gelidaeque umbracula Thymbrae
Et, Parnase, sonas: illi Pangaea resultant
Ismaraque et quondam genialis litora Naxi.
Tunc caras iniere fores comitique canoro
Hic chelyn, *hic* flavam *maculoso nebrida* tergo, [1]
Hic thyrsos, *hic* plectra ferunt; *hic* enthea lauro
Tempora, Minoa crinem premit ille corona.

Sollemni nuptiarum die magnus fit undique hominum concursus.

252-254

hunc ipse Coo plaudente Philetas
Callimachusque senex Umbroque Propertius antro
Ambissent laudare diem.

Postremo novis nuptis gratulatur poeta:

266

Eia age, praeclaros Latio properate *nepotes.* [2]

275-277

sic damna decoris
Nulla tibi; longe viridis sic flore iuventae
Perdurent vultus, tardeque haec forma senescat.

In Sidonii c. 23 de victoria narratur, quam Consentius adulescens ludis circensibus reportavit.

325-353

continent ministri
Ora et lora manus *iubas*que *tortas*
Cogunt flexilibus latere nodis
Hortanturque obiter iuvantque blandis
Ultro plausibus et voluptu*osum*
Dictant quadrupedantibus furorem.
Illi ad *claustra* fremunt repagulisque
Incumbunt simul ac per obseratas

---

[1]) Ach. I 716 — nebridas auro. [2]) Cf. Claud. Rapt. Pros. II 367. 371.

Transfumant tabulas, et ante cursum
Campus flatibus occupatur *absens.*
Impellunt, *trepidant*, *trahunt,* re*pugnant,*
Ardescunt, saliunt, timent, timentur
Nec gressum cohibent, sed inquieto
Duratum pede stipitem flagellant.
Tandem murmure bucinae strepentis
Suspensas tubicen vocans quadrigas
Effundit celeres in arva currus. [1])
Non sic fulminis *impetus* trisulci,
Non pulsa Scythico sagitta nervo,
Non *sulcus* rapide *cadentis astri,*
Non fundis balearibus rotata
Unquam sic liquidos poli meatus
Rupit plumbea glandium procella. [2])
Cedit terra rotis, et *orbitarum*
Moto *pulvere* sordidatur *aer.*
Instant *verberibus* simul regentes
Iamque et pectora *prona* de covinno
Extensi rapiuntur, et *iugales*
Trans armos feriunt vacante tergo.

356-358

Iam vos ex *oculis* velut volantes
Consumpto spatio patentiore
Campus clauserat artus arte factus.

365-382

Curae est id mediis, ut ille primus
Pressus *dexteriore* concitatu,
Partem si patefecerit sinistram,

---

[1]) Verg. A. V 139 sq. Inde, ubi clara dedit *sonitum tuba,* funibus omnes —
Haut mora — prosiluere suis.

[2]) Aen. V. 144-147. Non tam praecipites biiugo certamine campum
Corripuere ruuntque effusi carcere currus,
Nec sic immissis aurigae undantia lora
Concussere iugis *proni*que in verbera pendent.

Totas ad podium ferens *habenas*
Curru praetereatur *intus* acto. [1]
Tu conamine *duplicatus* ipso
Stringis quadriiugos et arte summa
In gyrum bene septimum reservas.
Instabant alii *manu* atque *voce,*
Passim et deciduis in arva guttis
Rectorum alipedumque *sudor* ibat.
Raucus corda ferit *fragor* faventum, [2]
Atque ipsis pariter viris *equis*que
Fit cursu calor et timore frigus.
Itur sic semel, itur et secundo,
Est sic tertius atque *quartus* orbis.
Quinto circite non valens *sequentum* [3]
Pondus *ferre prior* retorquet axem.

394-397

Hic *compendia flexuosa metae*
Unus dum *premit,* incitatus a te
Elatas semel *impetu* quadrigas
Iuncto non valuit plicare *gyro.*

402-407

Hunc, dum *obliquat iter* diuque lentus
Sero cornipedes citat flagello,
Tortum tramite transis ipse recto.
Hic te incautius assecutus hostis
Sperans *anticipasse* iam *priorem* [4]
Transversum venit impudens in *axem.*

416

Miscet cuncta *fragor* resuscitatus.

---

[1]) Aen. V 162 sq. Quo tantum mihi *dexter* abis? Huc derige gressum!
Litus ama, et laevas stringat, sine, palmula cautes.
170 Radit iter laevom *interior.*

[2]) Aen. V 148. [3]) Aen. V 227. [3]) Aen. V 155. 170.

423-427

Hic mox praecipit aequus imperator
Palmis serica, torquibus coronas
Coniungi, et meritum remunerari,
Victis ire iubens satis pudendis
Villis versicoloribus tapetas. [1])

In Thebaidos libro VI certamina describuntur, quae Archemoro mortuo ab Argivis edita sunt.

394-423

Nil fixum cordi: *pugnant* exire *pavent*que,
Concurrit summos anim*osum* frigus in artus.
Qui dominis, idem ardor *equis;* face lumina surgunt,
Ora sonant morsu, spumisque et sanguine ferrum
Uritur, inpulsi nequeunt obsistere postes
*Claustra*que, conpressae transfumat anhelitus irae.
Stare adeo miserum est, pereunt vestigia mille
Ante fugam, *absentem*que ferit gravis ungula *campum.* [2])
Circumstant fidi, nexusque et *torta iubarum*
Expediunt firmantque animos et plurima monstrant.
Insonuit contra Tyrrhenum murmur, et omnes
Exiluere loco. Quae tantum carbasa ponto,
Quae bello sic tela volant, quae nubila caelo?
Amnibus hibernis minor est, minor *impetus* igni,
Tardius *astra cadunt,* glomerantur tardius imbres.
[Tardius e summo decurrunt flumina monte.]
Emissos videre atque agnovere Pelasgi.
Et *iam* rapti *oculis,* iam caeco *pulvere* mixti
Una in nube latent, vultusque umbrante tumultu
Vix inter sese clamore et nomine noscunt.
Evolvere globum, et spatio quo quisque valebat
Diducti (delet *sulcos* iterata priores
Orbita) nunc avidi *prono* iuga pectore tangunt,
Nunc pugnante genu et pressis *duplicantur habenis.*

---

[1]) Aen. V 249 sqq. [2]) Cf. Th. II 133. 687. III 569.

Colla toris crinita tument, stantesque repectit
Aura iubas, bibit albentes humus arida nimbos.
Fit sonus immanisque pedum tenuisque rotarum.
Nulla *manus* requies, [1]) densis insibilat *aer*
Verberibus; gelida non crebrior exilit arcto
Grando, nec Oleniis manant tot cornibus imbres.

438-448

Prior Hippodamus *fert* ora *sequentum,*
Fert gemitus multaque umeros incenditur aura.
Speravit *flexae* circum *compendia metae*
Interius ductis Phoebeius augur *habenis*
Anticipasse viam; nec non et Thessalus heros
Spe propriore calet, dum non cohibente magistro
Spargitur in *gyros dexter*que exerrat Arion.
Iam prior Oeclides et iam non tertius ibat
Admetus, laxo cum tandem ex orbe reductus
Aequoreus sonipes *premit* evaditque parumper
Gavisos. Subit astra *fragor,* caelumque tremiscit.

454-461

Rursus praecipites in recta ac devia campi
Obliquant tenduntque vias, iterum *axibus axes*
Inflicti radiisque rotae, pax nulla fidesque.
Bella geri ferro levius, bella horrida credas;
Is *furor* in laudes. *Trepidant* mortemque minantur,
Multaque *transversis* praestringitur ungula campis.
Nec iam sufficiunt stimuli, non *verbera; voce*
Nominibusque cient Pholoen Admetus et Irin sqq.

469-473

Vixdum coeptus equis labor, et iam *pulvere quarto*
Campum ineunt, iamque et tepidis *sudoribus* artus
Effeti, et crassum rapit eiectatque vaporem
Cornipedum flammata sitis, nec iam integer illis
Impetus, et longi suspendunt ilia *flatus.*

---

[1]) Verg. G. III 109-111.

477-482

Velit ille quidem, sed Martius ante
Obstitit Hippodamus mediasque inmisit *habenas.*
Mox Chromis Hippodamum metae *interioris* ad orbem
Viribus Herculeis et toto robore patris
Axe tenet prenso, luctantur abire *iugales*
Nequiquam frenosque et colla rigentia tendunt.

548 sq.

Has Adrastus opes dono *victoribus ire*
Imperat.

722 sq.

Tum genitus Talao *victori* tigrin inanem
Ire iubet.

II.

SEQUUNTUR II LOCI, QUI ARTIORIBUS FINIBUS CIRCUMSCRIPTI SUNT: QUIBUS IN ENUMERANDIS ORDINEM CARMINUM EDITIONIS SIRMONDIANAE SERVAVI, NISI QUOD QUAE EIUSDEM GENERIS VIDEBANTUR IN UNUM LOCUM CONGESSI.

Sidonii carmen alterum inscribitur: panegyricus, quem Romae Sidonius dixit Anthemio Augusto bis consuli.

1-12

Auspicio et numero *fasces,* Auguste, secundos
Erige et effulgens trabealis mole metalli
Annum pande *novum* consul vetus, ac sine fastu
Scribere bis *fastis.* Quanquam diademate crinem
Fastigatus eas, *umeros*que ex more priorum
Includat sarrana chlamys, te picta togarum
Purpura plus capiat: quia res est semper ab aevo
Rara frequens consul. Tuque o cui laurea, Iane,
Annua debetur, religa torpore soluto

Quavis fronde comas subita nec luce pavescas
Principis aut rerum credas elementa moveri.
Nil natura novat: *sol* hic quoque venit ab *ortu.*

18-20

Te *prece* ruricola expetiit, te foedere iunctus
Assensu, te *castra* tubis, te *curia* plausu,
Te punctis scripsere *tribus.*

26 sq.

Facta priorum[1])
Exsuperas, Auguste Leo.

30

Salve,[2]) sceptrorum columen, regina orientis.

Simili occasione scriptum est carmen Silv. IV, 1: septimus decimus consulatus imp. Aug. Germanici.[3])

1-4

Laeta bis octonis accedit purpura *fastis*
Caesaris insignemque *aperit* Germanicus *annum,*
Atque *oritur* cum *sole novo,* cum grandibus astris
Clarius ipse nitens et primo maior Eoo.

8-10

subiere *novi* palatia *fasces,*
Et requiem bis sextus honos *precibus*que receptis
Curia Caesareum gaudet vicisse pudorem.

Ipse Ianus supinas levat

16 sq.

Hinc atque inde manus geminaque haec voce profatur:
Salve,[4]) magne parens mundi.

---

[1]) Idem exitus versus S. V 3, 147.

[2]) 23, 37 *Salve,* Narbo, potens salubritate.

[3]) Cf. Claud. III. cons. Hon. 1-3, IV. cons. Hon. 1 sq.

[4]) Th. I 509 *Salve,* prisca fides tripodum obscurique recessus.
S. I 1, 74 *Salve, magnorum* proles genitorque deorum.
— III 3, 208 *Salve* supremum, senior mitissime patrum.
— IV 3, 139 *Salve,* dux hominum et *parens* deorum.
Verg. G. II 173 *Salve, magna parens* frugum, Saturnia tellus.
— A. V 80 *Salve,* sancte *parens;* iterum salvete, recepti.

20-30

da gaudia *fastis*
Continua; hos *umeros* multo sinus *ambiat* ostro
Et properata tuae manibus praetexta Minervae.
Aspicis ut templis alius nitor, altior aris
Ignis et ipsa meae tepeant tibi sidera brumae,
Ortibus utque tuis gaudent *turmae*que *tribus*que
Purpureique patres, lucemque a consule ducit
Omnis honos? Quid tale, precor, prior annus habebat?
Dic age, Roma potens, et mecum, longa Vetustas,
Dinumera *fastos* nec parva exempla recense,
Sed quae sola meus dignetur *vincere* Caesar.

2, 24 sq.

Credet ventura propago,
In nos ut possint, Princeps, sic cuncta licere.

2, 68 sq.

Procopio genitore micas: cui prisca *propago*
Augustis venit a *proavis.*

7, 310

Credent hoc unquam gentis *populi*que *futuri*

S. IV 4, 81-84

Mira fides! *Credet*ne virum *ventura propago,*
Cum segetes iterum, cum iam haec deserta virebunt,
Infra urbes *populos*que premi *proavita*que tuto
Rura abiisse mari?

S. II 1, 85

Proximus aut serie generis demissa *propago.*

2, 48 sq.

nam Bistonios *Aquilonis hiatus* [1])
Proxima Chalcidici sensim tuba temperat Euri.

[1]) Eadem vox in fine versus 5, 404. 7, 293. Th. I 42. 184. II 27. VI 873. VII 783. VIII 19. 137. 331. 378. IX 530. X 44. XI 28. 175. XII 340. 448. S. II 5, 10.

Th. I. 350-353

Sed plurimus Auster
Inglomerat noctem, tenebrosa volumina torquens,
Defunditque imbres, sicco quos asper *hiatu*
Persolidat *Boreas.*

Th. VII 35-38

Atque illum Arctoae labentem cardine portae
Tempestas aeterna plagae praetentaque caelo
Agmina nimborum primique *Aquilonis hiatus*
In diversa ferunt.

S. II 1, 217

Hos manet imbrifero pallens autumnus *hiatu.* [1])

2, 79-81

Tremuerunt Medica rura,
Quaeque draconigenae portas non *clauserat* hosti,
Tum demum *Babylon* nimis est sibi visa patere.

S. IV 6, 67

Seu *clusam* multa *Babylona* refregerat hasta

scil. Pellaeus regnator 59 sq.

2, 134-137

At postquam *primos* infans exegerat annos,
Reptabat [2]) super arma patris: quanquam arta terebat
Lamina cervicem, gemina complexus ab ulna,
Livida laxatis intrabat *ad oscula* cristis.

23, 204-207

Iam primo tenero calentem ab *ortu*
Excepere sinu novem sorores
Et te de genetrice vagientem
Tinxerunt [3]) vitreae *vado Hippocrenes.*

---

[1]) Eadem vox in fine versus 5, 404. 7, 293. Th. I 42. 184. II 27. VI 873. VII 783. VIII 19. 137. 331. 378. IX 530. X 44. XI 28. 175. XII 340. 448. S. II 5, 10.

[2]) 5, 517. Th. VI 245. IX 620. Ach. I 477. S. II 1, 98. IV 5, 34. 8, 29.

[3]) Sirm. *texerunt*, quod emendavi in Fleckeiseni ann. 117 (1878) p. 786.

S. II 7, 36-38

Natum protinus atque humum per ipsam
Primo murmure dulce vagientem
Blando Calliope *sinu recepit.*

S. III 1, 177-179.

Rursus et ex illis soboles nova grexque protervus
Nunc umeris in*reptet* avi nunc agmine blando
Certatim placidae concurrat *ad oscula* Pollae.

S. V 3, 121-123

Protinus *exorto* dextrum risere *sorores*
Aonides, pueroque chelyn summisit et ora
Imbuit *amne sacro iam* tum tibi blandus Apollo.

S. V 5, 79-85

Nonne gemam te, care puer? quo sospite natos
Non cupii, *primo* genitum quem protinus *ortu*
Implicui fixique mihi, cui verba sonosque
Monstravi questusque et murmura caeca resolvens,
*Reptantem*que solo demissus *ad oscula* dextra
Erexi, blandoque *sinu* iam iamque cadentes
Exceptare genas dulcesque accersere somnos. [1])

[De Hunnis 2, 246-249]

Consurgit in artum
Massa rotunda *caput;* geminis sub fronte cavernis
Visus adest *oculis absentibus, acta* cerebri
In cameram vix ad refugos *lux* pervenit orbes.

[De Tisiphone Th. I 103-105]

Centum illi stantes umbrabant ora cerastae,
Turba minor diri *capitis;* sedet intus *abactis*
Ferrea *lux oculis.*

[De iisdem Hunnis 2, 260-265]

Forma quidem pediti media est, procera sed exstat,
Si cernas *equites,* sic longi saepe putantur,

[1]) Cf. Claud. cons. III. Hon. 22. 30 sqq. cons. IV. Hon. 167 sq.

Si *sedeant.* Vix matre carens ut constitit infans,
Mox praebet dorsum sonipes: *cognata reare*
Membra viris, ita semper equo ceu fixus adhaeret
Rector.

Th. VIII. 390-394

Quid mirum caluisse viros? flammantur in hostem
Cornipedes niveoque rigant sola putria nimbo,
Corpora ceu mixti dominis irasque *sedentum*
Induerint: *sic* frena terunt, *sic* proelia poscunt
Hinnitu tolluntque armos *equitem*que supinant.

2, 332-340

Ilicet ingreditur Tiberini *gurgitis antrum:*
Currebat *fluvius residens,* et arundinis altae
Concolor in viridi fluitabat silva *capillo.*
Dat *sonitum* mento unda cadens, licet hispida setis
Suppositis multum sedaret *barba* fragorem.
Pectore ructabat latices, *lapsuque* citato
Sulcabat madidam iam torrens alveus alvum.
Terretur veniente dea, *manibusque* re*missis*
Remus et *urna cadunt.*

Th. IX 404-415

At pater arcano *residens* Ismenos in *antro,*
Unde aurae nubesque bibunt, atque imbrifer Arcus
Pascitur et Tyrios melior venit annus in agros,
Ut lamenta procul-quamquam obstrepit ipse-novosque
Accepit natae gemitus, *levat* aspera musco
Colla gravemque gelu *crinem ceciditque* soluta
Pinus adulta *manu,* di*missa*que volvitur *urna.* [1])
Illum per ripas annoso scrupea limo
Ora exertantem silvae *fluvii*que minores
Mirantur: tantus tumido de *gurgite* surgit,

---

[1]) Cf. Claud. In Ruf. I 133.

Spumosum *attollens* apicem *lapsuque sonoro*
Pectora caeruleae rivis manantia *barbae.* [1])

2, 439-443

Paulum illa silens atque *aspera miscens*
Mitibus haec *coepit: Venio (desiste moveri*
Nec multum trepida), *non* ut mihi pressus *Araxes* [2])
Imposito sub *ponte* fluat, nec ut ordine prisco
Indicus Ausonia *potetur* casside *Ganges.*

5, 285

Si *bibit* Hispanus *Gangen* . . .

Th. II 391 sq.

utque rudis fandi pronusque calori
Semper erat, *iustis miscens* [3]) tamen *aspera coepit.*

Th. XI 169-171

voco; desiste morari, [4])
Nec poteris. *Non* si atra parens miseraeque sorores
In media arma cadant, non si . . .

S. I 4, 79

Armenia et patiens Latii iam *pontis Araxes.* [5])

Th. I 686

Quique *bibit Gangen* . . . [6])

2, 497-499

Deianira tuas *Achelous gymnade* pinguis
Illustret taedas et ab *Hercule* pressus *anhelo*
Lassatum foveat rivis rivalibus hostem.

---

[1]) Cf. Claud. cons. Olybr. 209 sqq. [2]) Eadem vox in fine versus 7, 74. Cf. Claud. bell. Gild. 31 sq. [3]) Th. I 283. [4]) S. II 1, 183 *desiste vereri,* Verg. A. VI 399. XI 408 *absiste moveri,* XII 676 *absiste morari.*

[5]) Verg. A. VIII 728 Indomitique Dahae, et *pontem* indignatus *Araxes.* S. V 2, 32. [6]) Claud. cons. Stil. 158. Seneca Oed. 427 f.

5, 160-163

Libeat decernere caestu?
Cessit Eryx Siculus, simili nec floruit arte
Sparta, *Therapnaea* pugilem cum *gymnade* pinguem
Stratus Bebryciis Amycus suspexit arenis.

9, 183-186

Non dicam Lacedaemonis iuventam
Unctas *Tyndaridis* dicasse luctas,
Doctos quos patriis palen *Therapnis*
Gymnas Bebrycii tremit theatri.

Th. IV, 106-109

Chalcis et *Herculea* turpatus *gymnade* vultus
Amnis; adhuc imis vix truncam attollere frontem
Ausus aquis glaucoque caput submersus in antro
Maeret, *anhelantes* aegrescunt [1]) pulvere ripae.

Ach. I 357 sq.

neve exercere protervas
Gymnadas aut lustris nemorum concede vagari.

S. II 2, 7 sq.

Cum stadio iam pigra quies canusque sederet
Pulvis, ad Ambracias conversa *gymnade* frondes.

S. III 1, 43-45

Hic tibi festa
Gymnas, et insontes iuvenum sine caestibus irae
Annua veloci peragunt certamina lustro.

S. IV 2, 47 sq.

sic lubrica ponit
Membra *Therapnaea* resolutus *gymnade Pollux.*

S. V 3, 139 sq.

non totiens victorem *Castora* gyro
Nec *fratrem* caestu virides plausere *Therapnae.*

---

[1]) Hanc scripturam tenendam esse demonstravi in Fleckeiseni ann. 121 p. 499.

De vi atque usu *gymnadis* vocis cf. *Aem. Grossii* observ. in Statii Silv. spec. 24 sq., qui duos locos S. II 2, 8 et Ach. I 358 omisit et pro III 1, 44 perperam posuit III 1, 143.

2, 522

Finierant; *geminas* iunxit *concordia* partes

S. I 2, 239 sq.

dat Iuno verenda
Vincula, et insignes *geminat concordia* taedas.

Cf. *Markl.,* qui *insigni* (ita enim traditum est) suspectum et *geminas* vel *-os (nodos)* scribendum putat.

2, 537-539.

At mea iam nimii propellunt *carbasa* flatus:
Siste, camena, modos tenues, *portum*que petenti
Iam placido sedeat mihi carminis ancora fundo.

7, 14-16

Incassum iam, *Musa,* paves, quod propulit Auster
Vela *ratis* nostrae; *pelago* quia currere famae
Coepimus, en sidus quod nos per caerula servet.

24, 99-101

Sed iam sufficit; ecce linque *portum,*
Ne te pondere plus premam saburrae.
His in versibus ancoram levabo.

Cf. etiam epist. IX 16, 1 sqq.

Th. XII 809

Et mea iam longo meruit *ratis aequore portum.*

S. IV 4, 87-89

Nunc si forte meis quae sint exordia *musis*
Scire petis, iam Sidonios emensa labores
Thebais optato collegit *carbasa portu.*

2, 540-543

At tamen, *o Princeps,* quae nunc tibi classis et *arma*
Tractentur, *quam magna geras* quam tempore parvo,

Si mea vota deus produxerit, ordine recto,
Aut genero bis, mox aut te ter consule *dicam.*

13, 32-34

Quod si contuleris tuo poetae,
Mandem perpetuis legenda fastis,
Quaecunque egregiis geris triumphis.

Simili modo Statius imperatoris Domitiani res gestas versibus se esse celebraturum promittit:

Th. I 32-34

Tempus erit, cum laurigero *tua* fortior oestro
Facta canam; nunc tendo chelyn satis *arma* referre
Aonia et geminis sceptrum exitiale tyrannis.

Ach. I 18 sq.

Te longo necdum fidente paratu
Molimur magnusque tibi praeludit Achilles.

S. IV 4, 95-97

Sed vocat arcitenens alio pater *arma*que monstrat
Ausonii maiora *ducis.* Trahit impetus illo
Iam pridem retrahitque timor.

5, 16 sq.

Laetitiam censura manet, terrorque pudore
Crescit, et *invita superat virtute venustas.*

7, 195-197

Quam pulchrum, cum forte domum post lustra revertens
Horrore splenderet apri, *virtus*que repugnans
Proderet *invitum* per fortia facta pudorem.

Ach. I 335-337

Nec luctata diu; *superest* nam plurimus illi
Invita virtute decor, fallitque tuentes
Ambiguus tenuique latens discrimine sexus.

V. 336 *invita* scribendum esse iam *Bentleius* et *Marklandus* intellexerant coll. Sidon. Apoll. 5, 17, codd. enim *invicta* exhibuerant. Cf. *Kohlmann.* adn. crit. ad h. l.

[De solio Romae deae 5, 34-39]

Consurgit solium *saxis,* quae *caesa* rubenti
Aethiopum *de monte* cadunt, ubi sole propinquo
Nativa exustas afflavit *purpura rupes.*
Iungitur *hic Synnas, Nomadum* [1]) lapis additur *istic*
Antiquum mentitus ebur; post caute *Laconum*
Marmoris *herbosi* radians inter*viret* ordo.

[De templo Veneris 11, 17-19]

Hic lapis est de quinque locis dans quinque colores,
Aethiops *Phrygius,* Parius, Poenus, Lacedaemon,
Purpureus, viridis, maculosus, eburnus et albus.

11, 25 sq.

Limina crassus *onyx* crustat, propterque hyacinthi
Caerula concordem faciunt in stagna *colorem.*

[De balneis Pontii Leontii 22, 136-141]

Ipsa autem quantis quibus aut sunt fulta *columnis!*
Cedat puniceo pretiosus *livor* in *antro*
Synnados, et *Nomadum* [1]) qui portat eburnea *saxa*
Collis, et *herbosis* quae vernant *marmora venis.*
Candentem iam nolo Paron, iam nolo *Caryston.*
Vilior est rubro quae pendet *purpura saxo.*

Cf. epist. II 2. Iam si *marmora* inquiras, non illic quidem Paros, *Carystos,* Proconnesos, [2]) *Phryges,* Numidae, Spartiatae *rupium variatarum* posuere crustas: neque per scopulos Aethiopicos et abrupta *purpurea* genuino fucata conchylio sparsum mihi *saxa* furfurem mentiuntur.

[De domo alta Violentillae S. I 2, 147-152]

Digna deae sedes viridis, nec sordet ab astris.
Hic Libycus *Phrygius*que silex, *hic* dura *Laconum*
Saxa virent; hic flexus *onyx* et *concolor* alto
Vena mari *rupes*que nitent, quis *purpura* saepe
Oebalis et Tyrii moderator *livet* aeni.

---

[1]) Edd. Num. exhibent, quod correxi coll. locc. Stat. et Verg. A. IV 320. 535. Mart. VIII 55, 8. IX 75, 8. [2]) Edd. Proconissos.

[De balneo Claudi Etrusci. S. I 5, 34-41]
Non huc admissae Thasos aut *undosa Carystos,*
Maeret *onyx* longe, queriturque exclusus ophites:
Sola nitet flavis *Nomadum decisa* metallis
Purpura, sola cavo *Phrygiae* quam *Synnados antro*
Ipse cruentavit *maculis liventibus* Attis,
Quaeque Tyri *niveas* secat et Sidonia *rupes.*[1])
Vix locus Eurotae, *viridis* cum regula longo
Synnada distinctu *variat.*

[De villa Surrentina Polli Felicis. S. II 2, 85-93]
hic Grais penitus desecta metallis
Saxa; quod Eoae respergit *vena* Syenes,
Synnade quod maesta *Phrygiae* fodere secures
Per Cybeles lugentis agros, ubi *marmore* picto
Candida purpureo distinguitur area gyro;
Hic et Amyclaei *caesum de monte* Lycurgi
Quod *viret* et molles *imitatur rupibus herbas,*
Hic Nomadum lucent flaventia *saxa* Thasosque
Et Chios et gaudens fluctus spectare[2]) *Carystos.*

[De aedibus Domitiani. S. IV 2, 26-29]
aemulus illic
Mons Libys Iliacusque nitent, *hic* multa Syene
Et Chios et glaucae certantia Doridi *saxa*
Lunaque portandis tantum suffecta *columnis.*[3])

Utrosque locos inter se simillimos esse etsi haud quemquam fugiat, duas tamen res silentio praeterisse noluerim: primum enim insigne exemplum habemus consuetudinis illius et Statii et Sidonii propriae, qua »simili occasione data vel arrepta totae sententiae enuntiationesque recurrunt« *Gross.* observ. 21. Altera res ad similem quandam vim pertinet adiectivorum quae sunt *herbosus* Sidon. 5, 39. 22, 139 et *undosus* Silv. I. 5, 34. Ut enim *her-*

[1]) Cf. quae dixi in stud. Vindob. III 159 sq.
[2]) Hanc scripturam genuinam esse demonstrare studui in Fleckeiseni ann. 117 (1878) p. 573 sq. [3]) Cf. etiam Mart. IX 75, 7 sqq.

bosus non magnam herbarum copiam significat, sed colorem herbarum colori simillimum, ita *undosus* quoque ad colorem marmoris Carystii referendum est undarum colori persimilem. In lexicis quidem de hac vi adiectivi undosus nihil invenias expositum, quamquam haud pauca eiusdem exitus adiectiva simili significatione apud scriptores inveniuntur. [1])

5, 143-146

Secure iaces oblite tuorum,
O piger, et mundo princeps (sic saecula *poscunt*)
Maiorianus erit. *Clamant* hoc sidera signis,
Hoc homines votis.

Th. II 102-104

Non somni tibi tempus, *iners,* qui nocte sub alta
Germani *secure iaces,* ingentia dudum
Acta *vocant* rerumque graves, *ignave,* paratus. [2])

5, 164-176

Qui vigor in pedibus! frustra sibi natus Ophelte
Sicaniam tribuit palmam, plantasque superbas
Haud ita per siccam Nemeen *citus* extulit *Arcas,*
Cuius in Aetolo volitantem *pulvere* matrem
Horruit Hippomenes, multo qui caespite *circi*
Contemptu praemissus erat, cum carceris antro
Emicuit pernix populo trepidante virago,
Nil toto tactura *gradu,* cum *pallidus* ille

---

[1]) Ita hanc vocem explicandam censueram Statii locis Silv. I 2, 149 sq. IV 2, 26 sqq. et Martiani Capellae VI 659 p. 226 Eyss. verbis inductus, quae M. Hauptius opusc. III 129 sq. attulit: *Carystos marmore fluctibus concolore;* monet autem C. Schenkelius summa liberalitate, vocem »undosam« ad lineas virides undarum in modum quasi fluctuantes referendam esse, quae in marmore Carystio re vera candido appareant, coll. Bursian. geogr. Graec. II. 398.

[2]) Cf. Claud. In Ruf. I 140 sqq.

Respiceret *medium* post se *decrescere campum*
Et longas ad signa vias, *flatuque* propinquo
Pressus in hostili iam *curreret* anxius *umbra,*
Donec ad anfractum *metae* iam *iamque* relictus
Concita ter sparso fregit *vestigia* pomo.

14, 10-15

Non hic impietas; nec hanc puellam
Donat mortibus ambitus *procorum.*
Non hic *Oenomai* cruenta *circo*
Audit pacta Pelops, nec in*sequentem*
Pallens Hippomenes ad ima *metae*
Tardat *Schoenida* ter cadente pomo.[1])

2, 494-496

spectet de carcere *circi*
Pallentes Atalanta procos et poma decori
Hippomenis iam non pro solo colligat auro.

Th. VI 561-565

sed *Arcada* Parthenopaeum
Appellant densique cient vaga murmura *circi.*
[Nota parens cursu; quis Maenaliae *Atalantes*
Nesciat egregium decus et *vestigia* cunctis
Indeprensa *procis?* . . .]

Th. VI 602-605

Effugit hic oculos rapida puer *ocior* aura
Maenalius, quem deinde *gradu premit horridus* Idas
Inspiratque umero, *flatuque* et pectoris *umbra*
Terga *premit.*

Th. VIII 395-397

Iamque ruunt, primusque virum con*currere pulvis*
Incipit, et spatiis utrimque aequalibus acti
Adventant *medium*que vident *decrescere campum.*

S. I 2, 41 sq.

Hanc propter tanti Pisaea lege trementem
Currere et *Oenomai* fremitus *audire sequentis.*

---

[1]) Cf. Claud. Laus Ser. 166 sqq.

S. I 2, 85 sq.

Vidi ego et immiti cupidum de*currere campo*
Hippomenem, nec sic *meta pallebat* in ipsa.

Cf. Th. IV 253 sq. Claudian. Laus Ser. 166 sqq.

5, 230-236

Non sic Pholoetica monstra
Atque Pelethronios Lapithas Semeleius Euhan
Miscuit, Aemonias dum flammant orgia matres
Et Venerem Martemque cient ac prima cruentos
Consumunt ad bella cibos *Baccho*que rotato
Pocula tela putant, cum crudescente tumultu
Polluit Aemathium *sanguis* Centauricus Othrym.

Th. II 81-88

Qualia per Rhodopen rabido convivia coetu
Bistones aut mediae ponunt convallibus Ossae;
Illis semianimum pecus excussaeque leonum
Ore dapes, et lacte novo domuisse cruorem
Luxus; at Ogygii si quando adflavit *Iacchi*
Saevus odor, tunc saxa manu, tunc *pocula* pulchrum
Spargere et inmerito sociorum *sanguine* fuso
Instaurare diem festasque reponere mensas.

Cf. etiam Th. V 252 sqq.

5, 246-248

Excussisse citas vastum per inane bipennes
Et plagae praescisse locum clypeosque rotare
Ludus *et intortas praecedere saltibus hastas.*

Th. VI 565-568

[Onerat celeberrima natum
Mater, et ipse procul fama iam notus inermes
Narratur cervas pedes inter aperta Lycaei
Tollere *et emissum cursu deprendere telum*].

Ach. II 110-113

Vix mihi bissenos annorum torserat orbes
Vita rudis, volucres cum iam *prae*vertere cervos
Et Lapithas cogebat equo *praemissaque cursu*
Tela sequi saepe ipse gradù me praepete Chiron.

S. III 1, 155-157

seu nubila disco
Findere seu volucres Zephyros *praecedere* telo
Seu tibi dulce manu liquidas nodare palaestras.

5, 441-445

Interea duplici texis dum litore *classem*
Inferno superoque mari, *cadit omnis in aequor*
Silva tibi, nimiumque diu per utrumque *recisus,*
Apennine, latus navalique arbore. dives
Non minus in pelagus *nemorum* quam mittis aquarum.

Cf. etiam 7, 325 sq.

Ach. I 43-46

Non potui infelix, cum primum *gurgite* nostro
Rhoeteae *cecidere trabes,* attollere magnum
Aequor et incesti praedonis vela profunda
Tempestate sequi cunctasque inferre sorores?

Ach. I 426-429

Nusquam umbrae veteres: minor Othrys et ardua sidunt
Taygeta, exuti viderunt aera montes.
Iam natat omne nemus, caeduntur robora *classi,*
Silva minor remis.

Cf. Th. VII 142 sq. VIII 419 sq.

5, 470-472

Ilicet aggrederis quod nullus tempore nostro
Augustus potuit: rigidum *septemplicis Istri*
Agmen in arma rapis.

5, 28-30

Pectus palla tegit, quam neverat Ilia coniunx,
Liquenti quae iuncta toro vult murmura lymphis
Tollere et *undosi* somnum servare *mariti.*

5, 113-115

Quoties Scythicis illata colonis
Classica presserunt Hypanim, *Peucem*que rigentem
Mente salutatis irrisit lixa pruinis.

S. V 2, 135-137

An iuga Pannoniae mutatoresque domorum
Sauromatas quaties? an te *septenus* habebit
Hister et *undoso* circumflua *coniuge Peuce?*

5, 494-498

simul lassata quiescunt
Orgia, et ad *biforem* reboat nec *tibia flatum.*
Vix requies; iam ponte ligant, rotat enthea thyrsum
Bassaris, et maculis Erythraeae nebridos horrens
Excitat Odrysios ad marcida *tympana* mystas.

11, 121-123

Hic et Sigeis specubus qui Dindyma ludit,
Iam sectus recalet Corybas, cui gutture ravo
Ignem per *bifores* regemunt cava buxa *cavernas.*

Th. IV 668 sq.

Aeraque *tympana*que et *biforem* reticere *tumultum*
Imperat, attonitas qui circum plurimus aures.

Cf. Verg. A. IX 618 sqq.

Dindyma, ubi adsuetis *biforem* dat *tibia cantum.*

De *Phlegraeo* quem dicunt tumultu cf. 6, 23 sqq. 15, 16 sqq. cum Th. II 595 sqq.

7, 38-41

Iam *pater aureo*
Tranquillus sese *solio locat; inde* priores
Consedere dei. Fluviis quoque contigit illo
Sed senibus residere loco.

Th. I 201-208

mediis sese arduus infert
Ipse *deis*, placido quatiens tamen omnia vultu,
*Stellanti*que *locat solio;* nec protinus ausi
Caelicolae, veniam donec *pater* ipse sedendi
Tranquilla iubet esse manu. *Mox* turba vagorum
Semideum et summis cognati nubibus *amnes*
Et compressa metu servantes murmura venti
Aurea tecta replent.

7, 51-54

Testor, sancte parens, inquit, te, numen et illud
Quidquid Roma fui, *summo* satis obruta *fato*
Invideo abiectis. Pondus non sustinet ampli
Culminis arta domus, nec *fulmen* vallibus *instat.*

7, 123-126

Iupiter ista refert: *Fatum,* quo cuncta reguntur,
Quoque ego, non licuit frangi; sat *celsa* laborant
Semper, et elatas nostro de munere vires
Invidit fortuna sibi.[1])

S. II 7, 89-92

O saevae nimium gravesque Parcae!
O numquam data longa *fata summis!*
Cur plus, *ardua,* casibus patetis?
Cur saeva vice magna non senescunt?

S. II 1, 224 sq.

Nos miseri, quibus unde dies suprema, quis aevi
Exitus, incertum, quibus *instet fulmen* ab astris.

---

[1]) Cf. Seneca Phaedr. 1122 sqq.

7, 129-135

si denique dirum
Hannibalem iuncto terrae *caeli*que tumultu
Reppulimus, cum *castra* tuis iam proxima muris
Starent, Collina *fulmen* pro turre cucurrit,
Atque illic iterum *timuit natura paventem*
Post *Phlegram* pugnare *Iovem;* torpentia tolle
Lumina, *detersam mentem caligo relinquat.*

6, 15 sq.

Sed te, cum *trepidum spectaret Phlegra Tonantem,*
Impulit excussam vertice ruptus apex.

1, 1

Cum iuvenem super astra *Iovem natura* locaret.

Ach. I 484-490

Sic cum *pallentes* [1]) *Phlegraea* in *castra* coirent
*Caeli*colae iamque Odrysiam Gradivus in hastam
Surgeret et Libycos Tritonia tolleret angues
Ingentemque manu curvaret Delius arcum,
Stabat anhela *metu* solum *Natura Tonantem* [2])
Respiciens: quando ille hiemes tonitrusque vocaret
Nubibus, igniferam quot *fulmina* posceret Aetnen.

S. I 3, 108-110

Sic docta frequentes
Otia, sic *omni detersus* [3]) *pectora nube*
Finem Nestoreae precor egrediare senectae.

---

[1]) Ita enim cum optimis codicibus (cf. *Kohlmann.* adn. crit. scribendum puto coll. Sidonii vocc. *paventem* — *Iovem* et *trepidum* — *Tonantem.* Eadem vox haud raro occurrit apud Statium: Th. XII 676. 695 al.

[2]) Baehrensius *solum iam turba* reponendum censet, quam coniecturam vanam esse docet Sidon. 7, 133. Cf. quoque similem versus exitum Th. XI 607 . . . vincis, *natura,* parentem.

[3]) Traditum est *detectus,* quod iam *Marklandus* correxit adhibito Sidon. 7, 135.

S. II 1, 192 sq.

saepe domi nova serta ligantem
Te videt et similes *tergentem pectore curas.*

Cf. etiam Th. II 321 sq.

7, 155-162

palmata cucurrit
Per pro*avos*, gentisque *suae,* te teste, Philagri,
Patricius resplendet apex. Sed portio quanta est
Haec laudum, laudare patres, quos quippe curules
Et praefecturas *constat debere nepoti?*[1])
Sint alii, per quos se postuma iactet *origo,*
Et priscum titulis numeret *genus* alter, Avite:
Nobilitas tu solus *avos.*

Th. III 600-602

huic ampla quidem de sanguine prisco
Nobilitas; sed enim ipse manu praegressus *avorum*
Facta . . .

S. I 4, 68-70

Genus ipse suis *praemissaque retro*
Nobilitas; nec *origo* latet, sed luce sequente
Vincitur et magno *gaudet cessisse nepoti.*[1])

Nobilitas initium versus efficit etiam Th. X 701. S. I 2,72. II 6, 12. Cf. etiam Th. IX 187.

7, 169-171

Sed sibi *commissum* tanto sub *pignore* cernens
Mundi *depositum,* ne quid tibi, *Roma, periret,*
Iuvit *fortunam* studio.

21, 4

Nam*que animae nostrae portio maior* eras.

S. I 4, 89-93

Non vacat Arctoas acies Rhenumque rebellem
Captivaeque preces Veledae et, quae maxima nuper

[1]) Videas numerum etiam in utroque concinere versu: – – – – ⏑ ⏑ – –

Gloria, *depositam* Dacis *pereuntibus urbem*
Pandere, cum tanti lectu rectoris habenas,
Gallice, *Fortuna* non admirante subisti.

De hoc loco ea conferenda sunt, quae *H. Koestlinus* disseruit in Philol. XXXV (1876) p. 713. Rectissime enim docet, *ponere urbem* hoc loco non significare *urbem delere,*[1]) sed, ut ipsius verbis utar: sie anvertrauen als ein depositum. Domitianum enim adversus Dacos profectum proximae cervici ponderis immensi v. 6, praefecto praetorio Rutilio Gallico curam Romae urbis commisisse; id significar verbis quae sunt *tanti habenas subire*, eam esse maximam nuper gloriam. Dacorum urbem tunc non esse deletam, sed Traiano demum imperatore. Itaque Romam urbem esse intellegendam. Quae optime ab eo disputata esse cum tres loci Statiani, quos iam allaturus sum, demonstrant, tum Sidonii versus, quos supra exhibui.

S. III 2, 5-8

Grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo
Depositum. Iuvenis dubio *committitur* alto
Metius at*que animae partem* super aequora *nostrae*
Maiorem transferre parat.

S. V 1, 177

Pars animae victura *meae*

Ach. I 384-386

Cara mihi tellus, magnae cui *pignora* curae
*Depositum*que ingens timido *commisimus* astu,
Sis felix taceasque, precor . . .

Cf. etiam Ach. I 914.

7, 171-173

Lactentia primum
Membra dedit nivibus *glaciemque* irrumpere *plantis*
Iussit et attritas parvum ridere pruinas.

---

[1]) Eam enim vim lexica huic voci tribuunt.

Ach. II 117 sq.

Saepe etiam primo fluvii torpore *iubebat*
Ire super *glaciemque* levi non frangere *planta.*

7, 235-237

vincitur illic
Cursu Herulus, Chunus iaculis, Francusque natatu,
Sauromata clypeo, Salius pede, *falce Gelonus.*

23, 243

Chunus, *Sauromates,* Getes, *Gelonus.*

Ach. II 131-134

Didici quo Paeones arma rotatu,
Quo Macetae sua gaesa citent, quo turbine contum
*Sauromates falcem*que Getes arcumque *Gelonus*
Tenderet.

V. 133 *Barthius* coniecerat *arcum*que Getes *falcem*que Gelonus coll. Sidon. 7, 237 al., at cf. Verg. A. VIII 725 sagittiferosque Gelonos.

7, 353-356

Sic cinnama busto
Collis Erythraei portans Phoebeius ales
Concitat omne *avium vulgus: famulantia currunt*
Agmina, [1]) *et angustus pennas non explicat aer.*

5, 341

Pressus *acescentem stomachus non explicat auram.*

5, 400

teretes pars explicat arcus.

Ach. I 27-29

Nec mora, et undosis turba comitante sororum
Prosiluit *thalamis: fervent coeuntia Phrixi*
Litora et angustum dominas non explicat aequor.

---

[1]) Cf. Claud. In Ruf. II 77.

Mirum per singulas voces numerorum concentum hoc schemate exprimere liceat:

Sidon. 7, 355. Ach. I 28 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
— 356 — 29 – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – – – ⏑⏑ – ⏑

7, 363-368

Raptores ceu forte *lupi, quis* nare sagaci
Monstrat odor *pinguem* clausis *ab ovilibus auram,*
Irritant acuuntque *famem* portantque rapinae
In vultu speciem patulo ieiunia rictu
Fallentes: *iam* iamque tener *spe frangitur* agnus,
Atque absens avido crepitat iam praeda palato.

Th. X 42-48

Rabidi sic agmine mixto
Sub noctem coiere *lupi, quos* omnibus agris
Nil non ausa *fames* longo tenuavit hiatu.
Iam stabula ipsa premunt, torquet *spes* inrita fauces
Balatusque tremens *pingues*que *ab ovilibus aurae.*
Quod superest, duris af*frangunt* postibus ungues
Pectoraque et siccos minuunt in limine dentes.

Verg. A. II 355-358

inde, *lupi ceu*
Raptores atra in nebula, *quos* inproba ventris
Exegit caecos rabies, catulique relicti
Faucibus exspectant *siccis* . . .

7, 394-397

Oceanus refluum spargit per culta Garumnam
In flumen currente *mari: transcendit amarus*
Blanda fluenta latex, fluviique impacta per alveum
Salsa peregrinum sibi navigat unda profundum.

S. II 2, 17-19

Gratia prima loci, gemina testudine fumant
Balnea, et e terris *occurrit dulcis amaro*
Lympha mari.

Aviti Augusti rebus gestis ab Iove in concilio deorum expositis panegyricus hisce versibus terminatur:

7, 598-602

Finem pater ore
Vix dederat; *plausere dii,* fremitus*que* cucurrit
Concilio. Felix tempus nevere sorores
Imperiis, *Auguste, tuis,* et consulis anno
Fulva volubilibus duxerunt saecula pensis. [1])

Ianus imperatorem Domitianum summis laudibus extulerat futurasque victorias vaticinatus erat. Finis autem carminis fit his versibus:

S. IV 1, 44

Sic Ianus clausoque libens se poste recepit.
Tunc omnes *plausere* [2]) *dei* laeto*que* dederunt
Signa polo longamque *tibi, rex magne,* iuventam
Annuit atque suos promisit Iuppiter annos.

9, 13-15

Non nos currimus aggerem vetustum,
Nec quicquam invenies, ubi priorum
Antiquas *terat orbitas* Thalia.

9, 62 sq.

Non vectos Minyas loquente silva
Dicam Phasiaco stetisse portu.

9, 121 sqq.

Sed *nec* Pergama *nec* decenne bellum sqq.

9, 143-145

Ast illum cui contigit paternam
Quartum post Ithacam redire lustrum,
Nec Smyrnae satis explicat volumen.

S. II 7, 43 sq.

Non tu flumina *nec* greges ferarum
Nec plectro Geticas movebis ornos.

---

[1]) Cf. Claud. In Eutrop. II 461. [2]) Ita enim scribendum censui in Fleckeiseni annal. 121 p. 500.

9, 48-51

Nocturnas alii Phrygum ruinas
Et tarde reducis vias Ulixis
Et puppem temerariam Minervae,
Trita vatibus *orbita*, sequantur.

9, 20

Non coctam Babylona *personabo*.

9, 181

Non Apin Mareoticum *sonabo*.

S. II 7, 87 sq.

Et vestros hymenaeon ante postes
Festis cantibus ipsa *personabo*.

9, 38

Inflatum numerositate Xerxem.

9, 297

Et carus *popularitate* princeps.

S. II 7, 69

Et gratum *popularitate* Magnum.

9, 47-50

Non prolem *Garamantici Tonantis*
Regnis principibusque principantem
Porrectas Asiae loquar paterno
Actam *fulmine* pervolasse terras.

S. II 7, 93-95

Sic natum *Nasamonii Tonantis*
Post ortus obitusque *fulminatos*
Angusto Babylon premit sepulcro.

Numeri apud Sidon. 9, 297 et Silv. II 7, 69 congruunt hunc in modum: – ‿–‿– ‿⏑⏑ – ⏑ – ⏑‿ ‿–⏑̆‿, in vss. 47 et 93 autem ita:

– ‿– –‿ ‿⏑⏑ – ⏑ –‿ ‿⏑ – ⏑‿

9, 191-193

Nec quos Euganeum bibens Timavum
Colle Antenoreo videbat augur
Divos Thessalicam movere *pugnam.*

[De Lucano poeta 9, 236-238]

Pugnam tertius ille Gallicani
Dixit Caesaris, ut gener socerque
Cognata impulerint in *arma* Romam.

S. II 7, 64-69

Mox coepta generosior iuventa
Albos ossibus Italis Philippos
Et *Pharsalica bella* detonabis,
Quod fulmen ducis inter *arma divi,*
Libertate gravem pia Catonem
Et gratum popularitate Magnum.

Ceterum ne quis forte dicat, me nimio, quale fere in eius modi rebus evenit, investigandi studio ibi quoque posuisse imitationem, ubi casu tantummodo utriusque verba congruant: id unum non silentio praetermittam, et Sidonii et Statii, quos modo inter se comparavi, versus, ex uno eodemque carmine (Sidon. 9 et Silv. II 7) depromptos esse, quod quidem ad rationem illam recte aestimandam maximi mihi videtur esse momenti.

9, 98-102

Non hic *Elida* nobilem quadrigis
Nec notam minus *amnis* ex *amore*
Versu prosequar, ut per ima *ponti*
Alpheus fluat, atque transmarina
In *fluctus* cadat *unda coniugales.*

S. I 2, 203-208

Nitidae sic transfuga Pisae
Amnis in externos longe flammatus *amores*
Flumina demerso trahit intemerata canali,
Donec Sicanios tandem prolatus anhelo

Ore bibat fontes; miratur dulcia Nais
Oscula nec credit *pelago* venisse *maritum.*

S. I 3, 67-69

audaci transcurris flumina plumbo,
Ne solum Ioniis sub *fluctibus Elidis amnem*
Dulcis ad Aetnaeos deducat semita portus?

Th. I 270-272

Iamdudum ab sedibus illis
Incipe, *fluctivaga* qua praeterlabitur *unda*
Sicanios longe relegens *Alpheos amores.*

Cf. etiam Th. IV 239 sq.

Verg. ecl. 10, 4 sq.

Sic tibi cum *fluctus* subter*labere Sicanos*,
Doris amara suam non intermisceat *undam.*

Verg. A. III 694-696

Alpheum fama est huc *Elidis amnem*
Occultas egisse vias supter *mare,* qui nunc
Ore, Arethusa, tuo *Siculis* confunditur *undis.*

9, 114-120

Nec Phryx *pastor* erit tibi legendus,
Decrescens cui Dindymon reciso
Fertur *vertice* texuisse *classem:*
Cum iussu Veneris patrocinantis
Terras *Oebalias* et hospitales
Raptor de*populatus* est *Amyclas,*
Praedam trans pelagus petens sequacem.

11, 80

Me quoque Rhoetea damnasset *pastor* in *Ida.*

22, 22

Forte sagittiferas Euhan *populatus Erythras*

S. I 1 8-10

Nunc age fama prior notum per saecula nomen
Dardanii miretur equi, *cui vertice* sacro
Dindymon et *caesis decrevit* frondibus *Ide.*

Ach. I 20 sq.

Solverat *Oebalio classem* de litore *pastor*
Dardanus incautas blande *populatus*[1]) *Amyclas.*

9, 127-142

Non hic Maeoniae stilo Camenae
Civis Dulichiique Thessalique
Virtutem sapientiamque narro,
Quorum hic Peliaco putatur antro
Venatu, fidibus, palaestra et herbis
Sub *Saturnigena sene* institutus,
Dum nunc *lustra* terens puer *ferarum*
Passim per *Pholoen* iacet nivosam,
Nunc praesepibus accubans amatis
Dormit mollius in iuba magistri.
Inde *Scyriadum* datus parenti
Falsae nomina praetulisse Pyrrhae
Atque *inter* tetricae *choros* Minervae
Occultos Veneri rotasse thyrsos;
Postremo *ad Phrygiae sonum rapinae*
Tractus laudibus *Hectoris trahendi.*

Vides poetam paucis argumentum Achilleidos absolvere, cuius hi praecipue versus digni sunt, qui cum eis quos supra posui comparentur:

Ach. I 195-197

Nox *trahit* in somnos, saxo conlabitur ingens
Centaurus blandusque *umeris se innectit* Achilles,
Quamquam ibi fida parens, *assuetaque pectora mavult.*

ib. 238-240

Iam tristis *Pholoe,* iam nubilus ingemit Othrys
Et senior Spercheos aquis speluncaque *docti*
Muta *senis.*

---

[1]) Menkius Observatt. 5 sqq. coniecerat *clam de*populatus coll. Sidon. 9, 119. At cf. 22, 22.

ib. 319 sq.

Hasne *inter* simulare *choros* et brachia ludo
Nectere, nate, grave est?

ib. 366-368

nec turba piarum
Scyriadum cessat nimio defigere visu
Virginis ora novae

ib. 370 sq.

Dein sociare *choros* castisque accedere sacris
Hortantur, ceduntque loco et contingere gaudent.

ib. 874-876

Iam pectus amictu
Laxabat, cum grande *tuba* sic iussus Agyrtes
Insonuit

ib. 883 sq.

Immanisque gradu, ceu protinus *Hectora* poscens,
Stat medius trepidante domo.

Ach. II 102 – 104

Mox ire per invia secum
Lustra gradu maiore trahens visisque docebat
Adridere *feris.*

9, 208-210

Non hic Hesiodea pinguis Ascrae
Spectes carmina Pindarique chordas,
Non hic socciferi *iocos Menandri.*

23, 99 sq.

Illum, cui nitidi sales rigorque
Romanus fuit *Attico* in lepore.

S. II 1, 113 sq.

seu Graius amictu
Attica facundi decurreret *orsa Menandri.*

S. III 5, 93 sq.

Quid laudem *lusus* libertatemque *Menandri,*
Quam *Romanus* honos et *Graia* licentia miscent?

De hoc loco conferas ea quae Albertus Imhof. in libello cui inscripsit P. Papinii Statii ecloga ad uxorem, emendavit et adnotavit *Albertus Imhof.* (Halle 1863 p. 25) exposuit, qui traditam scripturam *Menandri,* quam alii alia ratione emendandam putabant, tueri conatur.

9, 280-285

Cuius si varium legas poema,
Tum Phoebum vel Hyantias puellas
Potato madidas ab Hippocrene,
Tunc Amphiona *filiumque Maiae,*
Tunc *vatem Rhodopeium* sonare
Collato modulamine arbitreris.

Epist. VIII 9, 1-4

Quid Cyrrham vel *Hyantias camenas,*
Quid *doctos* Heliconidum *liquores,*
Scalptos *alitis hinnientis* ictu,
Nunc in carmina commovere tentas?

Epist. VIII 11, 1-4

Paulum depositis, alumna, plectris
Sparsam stringe *comam* virente *vitta,*
Et rugas tibi syrmatis profundi
Succingant hederae expeditiores.

S. II 7, 1-11

Lucani proprium diem frequentet,
Quisquis collibus Isthmiae Diones
Docto pectora concitatus *oestro,*
Pendentis bibit ungulae liquorem.
Ipsi, quos penes est honor canendi,
Vocalis citharae repertor Arcas,
Et tu Bassaridum rotator *Euhan,*
Et Paean et Hyantiae sorores
Laetae purpureas novate *vittas,*
Crinem comite, candidamque vestem
Perfundant hederae recentiores.

Adiungo schema versuum Sidon. 9, 281. ep. VIII 9, 1 et Silv. II 7, 8:

– – – ∪ ∪ – ∪ – ∪ – –

9, 315-325

Nos valde steriles modos Camenae
Rarae credimus hos brevique chartae,
Quae scombros merito *piperque* portet.
Nam quisnam deus hoc dabit reiectae,
Ut vel suscipiens bonos *odores,*
Nardum, ac pinguia Nicerotianis
Quae *fragrant* alabastra tincta sucis,
Indo cinnamon ex rogo petitum,
Quo Phoenix iuvenescit occidendo,
Costum, malobathrum, rosas, amomum,
Murram, *tus* opobalsamumque *servet?*

S. IV 9, 10-13

Tu rosum tineis situque putrem,
Quales aut Libycis madent olivis
Aut *tus* Niliacum *piperve servant*
Aut Byzantiacos *olent* lacertos.

Cf. etiam Catull. 95, 8. Horat. ep. II 1, 266-270. Martial. III 50. IV 86.

11, 1-13

Inter Cyaneas Ephyraea cacumina cautes,
Qua super Idalium levat Orithion in aethram
Exesi sale montis apex, ubi forte vagantem
Dum fugit, et fixit trepidus Symplegada Tiphys,
Atque recurrentem ructatum ad rauca Maleam,
Exit in Isthmiacum pelagus claudentibus alis
Saxorum de *rupe* sinus; quo saepe *recessu,*
Sic tanquam toto coeat de lumine caeli,
Artatur collecta dies tremulasque per *undas*

Insequitur secreta vadi; transmittitur alto
Perfusus splendore latex, mirumque relatu
Lympha bibit solem, tenuique inserta fluento
Perforat arenti *radio* lux sicca liquorem.

Similiter carmen incipit, quo villa Surrentina Pollii Felicis describitur:

S. II 2, 1-5

Est *inter* notos Sirenum nomine muros
Saxaque Tyrrhenae templis onerata Minervae
Celsa Dicarchei speculatrix villa profundi,
Qua Bromio dilectus ager, collesque per altos
Uritur et praelis non invidet uva Falernis.

S. II 2, 13-16

Placido lunata *recessu*
Hinc atque hinc curvas perrumpunt aequora *rupes.*
Dat natura locum, montique intervenit *unda,*
Litus et *in* terras scopulis pendentibus *exit.*

S. II 2, 18 sq.

e terris occurrit dulcis amaro
Lympha mari.

S. I 5, 45 sq.

Multus ubique dies, radiis ubi culmina totis
Perforat atque alio sol improbus uritur aestu.

11, 42

Pone subit turmis flagrantibus agmen Amorum.

11, 45 sq.

Hi stantes motu titubant, plantaque madenti
Labuntur *firmantque pedum vestigia pinnis.*[1])

[De Neptuni iugalibus Ach. I 59 sq.]

Illi spumiferos glomerant a pectore cursus,
Pone natant *delentque pedum vestigia cauda.*[2])

---

[1]) Cf. Claud. Rapt. Pros. I 19.

[2]) De hoc loco disserui in Fleckeiseni ann. 121 p. 499 sq.

Weytinghium et post eum *Hauptium* hoc loco caud*ae* scribere voluisse notum est. (Cf. *Kohlmann.* adnot. crit. ad h. l.) Quam ob rem Sidonii quoque locus idoneus videtur, qui traditam scripturam tueatur.

[Palladis species depingitur 15, 10-15]

Alta *cerastarum* spiris *caput* asperat atrum
Congeries; torquet maculosa volumina mordax
Crinis, et irati dant *sibila taetra* capilli.
Squameus ad mediam thorax non pervenit alvum,
Post chalybem pendente peplo; tegit extima limbo
Circite *palla* pedes.

[Tisiphone describitur Th. I 103 sq.]

Centum illi stantes umbrabant ora *cerastae,*
Turba minor diri *capitis.*

Th. I 109 sq.

riget horrida tergo
Palla, et caerulei redeunt in pectora nodi.

Th. I 114-116

Ut stetit, abrupta qua plurimus arce Cithaeron
Occurrit caelo, *fera sibila crine* virenti
Congeminat.

15, 36-41

Hic duo templa micant, quorum *supereminet unus*
Ut meritis sic sede locus, *qui* continet alta
Scrutantes ratione viros, quid machina caeli,
Quid tellus, quid fossa maris, quid turbidus aer,
Quid noctis lucisque vices, *quid menstrua lunae*
Incrementa parent, totidem cur *damna* sequantur.

S. II 2, 83-85

Ante tamen cunctas *procul eminet una* diaetis,
Quae tibi Parthenopen derecto limite ponti
Ingerit.

V 3, 19-23

At tu seu membris emissus in ardua tendens
Fulgentisque plagas rerumque elementa recenses,
Quis deus, unde ignes, quae ducat semita solem,
Quae minuat Phoeben quaeque *integrare latentem*
Causa queat, doctique modos extendis Arati sqq.[1])

15, 135-139

Amphitryoniadi surgebat tertia vestis:
Parvulus hic gemino cinctus serpente *novercae*
Inscius arridet *monstris,* ludumque putando
Insidias dum nescit amat, vultuque *dolentis*
Exstingui deflet quos ipse interficit angues.

S. III 1, 46-48

Hic templis inscriptus avo gaudente sacerdos
Parvus adhuc similisque tui, cum prima *novercae*
Monstra manu premeres atque *exanimata doleres.*

Verg. A. VIII 288 sq.

ut *prima novercae*
*Monstra manu geminos*que *premens* eliserit *angues.*[2])

15, 159-161

Ithacesia primum
Fabula Dulichiique lares formantur, et ipsam
Penelopen tardas texit *distexere telas.*

S. III 5, 8-10

tu mille procos intacta fugares;
Non inperfectas commenta *retexere telas,*
Sed sine fraude palam, thalamosque armata negasses.

15, 168-170

Hic *nox* natarum *Danai lucebat in auro,*
Quinquaginta enses genitor quibus impius aptat,
Et dat concordem discordia iussa furorem.

---

[1]) Cf. Claud. cons. Theod. 101 sqq. [2]) Cf. Claud. carm. XXXIV 29.

Th. IV 131-135

umeros ac pectora late
Flammeus orbis habet, perfectaque *vivit in auro*
Nox Danai: sontes Furiarum lampade nigra
Quinquaginta ardent thalami; *pater* ipse cruentis
In foribus laudatque nefas atque inspicit *enses.*

Verg. A. II 503

Quinquaginta illi *thalami,* spes ampla nepotum.

Idem versus initium Th. III 76. 363. IV 597. V 422. VIII 668.

15, 177 sq.

Jamque opus in turrem Danaes pluviamque metalli
Ibat, *et hic alio stillabat Iuppiter auro.*

Cf. etiam 6, 13 sq.

S. I 2, 134-136

Quod nisi me longis placasset Iuno querelis,
Falsus huic pinnas et cornua sumeret aethrae
Rector, *in hanc vero cecidisset Iuppiter auro.*

Cf. Th. I 255.

Marklandus pro *vero ,alio'* scribendum putaverat coll. Sidon. 15, 178; at cf. Th. IX 785.

Dum ferus hic *vero* desaevit pulvere Mavors.

Th. IV 308

Solis, et hic *alii* miscebant proelia fratres.

S. III 4, 11

Praemetet atque *alio* clusum tibi ponet in *auro.*

16, 1-7

Phoebum et ter ternas *decima cum Pallade Musas*
Orpheaque et laticem simulatum fontis equini
Ogygiamque chelyn, quae saxa sequacia flectens
Cantibus auritos erexit carmine muros,
Sperne, fidis; magis *ille veni* nunc, spiritus, oro,
Pontificem dicture tuum, *qui* pectora priscae
Intrasti Mariae.

Epist. IX 13[a], 96-103

Procul hinc et Hippocrenen
Aganippicosque fontes
Et *Apollinem* canorum
Comitantibus *Camenis*
Abigamus et Minervam
Quasi praesulem canendi.
Removete ficta fatu:
Deus ista praestat unus.

Cf. etiam 23, 122.

S. I 4, 19-22

Ast ego nec *Phoebum,* quamquam mihi surda sine illo
Plectra, nec Aonias *decima cum Pallade divas*
Aut mitem Tegeae Dircesve hortabor alumnum:
Ipse veni viresque novas animumque ministra,
Qui caneris.

Cf. etiam S. V 3, 1-7.

Verg. A. IV 512

Sparserat *et latices simulatos fontis* Averni.

16, 85 sq.

Derigui, fateor, mihi conscius, atque repente
Tinxit odorantem pavido reverentia *vultum.*

Ach. I 303-306

Deriguit[1]) totisque novum bibit ossibus ignem.
Nec latet haustus amor, sed fax vibrata medullis
In *vultus* atque ora redit lucemque genarum
Tingit et impulsam tenui sudore pererrat.

22, 12

Ergo *age, Pierias, Erato,* mihi percute chordas.

22, 20 sq.

Pande igitur *causas, Erato,* laribusque sit, ede,
Quis genius: tantum non est sine praesule culmen.

---

[1]) Cf. Th. V 396. IX 36.

Th. VII 628-630

Nunc *age Pieriae* — non vos longinqua, sorores,
Consulimus — vestras acies vestramque referte
Aoniam.

S. I 2, 46-49

Sed quae *causa* toros inopinaque gaudia vati
Attulit, hic mecum, dum fervent agmine postes
Atriaque et multa pulsantur limina virga,
Hic, *Erato* iocunda, doce.

22, 29 sq.

Fert tempus utrumque
Veris opes rutilosque *ligat* vindemia *flores.*

Ach. I 288 sq.

Exierant dare *veris opes* divaeque severas
Fronde *ligare* comas et spargere *floribus* hastam.

22, 37-39

Bassaridas, Satyros, Panas Faunosque docebat
Ludere Silenus iam *numine plenus alumno,*
Sed comptus tamen ille caput.

22, 220

Hic *multus* tu *frater* eris.

S. III 1, 39-42

Pacatus mitisque veni nec turbidus ira
Nec famulare timens, sed quem te Maenalis Auge
Confectum thyasis et *multo fratre madentem*
Detinuit.

[De porticu burgi Pontii Leontii 22, 154-157]
Ipsa *diem natum cernit* sinuamine dextro,
Fronte *videns* medium, laevo *visura cadentem.*
Non perdit quicquam trino de cardine caeli
Et totum solem lunata per atria servat.

Epist. II 10, 5-7

Aedes celsa nitet nec in sinistrum
Aut dextrum trahitur, sed arce frontis
Ortum prospicit aequinoctialem.
[E descriptione villae Surrentinae Pollii Felicis

S. II 2, 45-49]

Haec domus *ortus*
Aspicit et Phoebi tenerum iubar; illa *cadentem*
Detinet exactamque negat dimittere lucem,
Cum iam fessa *dies* et in aequora montis opaci
Umbra cadit vitreoque natant praetoria ponto.

23, 178-184

Haec per stemmata te satis potentem,
Morum culmine sed potentiorem
Non possim merita sonare laude:
Nec si me Odrysio canens in antro,
Qua late trepidantibus fluentis
Cautes per Ciconum resultat Hebrus,
Princeps instituisset ille vatum.

S. II 2, 36-42

Non, mihi si cunctos Helicon indulgeat amnes,
Et superet Piplea sitim largeque volantis
Ungula se det equi reseretque arcana pudicos
Phemonoe fontes vel quos meus auspice Phoebo
Altius inmersa turbavit Pollius urna,
Innumeras *valeam* species cultusque locorum
Pieriis aequare modis.

23, 502-506

Quales nec statuas imaginesque
Aere aut *marmoribus coloribus*que
Mentor, *Praxiteles,* Scopas dederunt,
Quantas nec *Polycletus* ipse finxit,
Nec fit *Phidiaco figura caelo.*

S. II 2, 63-67

Quid referam veteres ceraeque *aeris*que *figuras?*
Si quid Apellei gaudent animasse *colores,*
Si quid adhuc vacua, tamen admirabile, Pisa
Phidiacae rasere manus, quod ab arte Myronis
Aut *Polycleteo* iussum est quod vivere *caelo.*

S. IV 6, 25-30

Hic tibi quae docto multum vigilata Myroni
Aera, laboriferi vivant quae *marmora caelo*
Praxitelis, quod ebur Pisaeo pollice rasum,
Quod *Polycleteis* iussum spirare caminis,
Linea quae veterem longe fateatur Apellem,
Monstrabit.

Cf. etiam S. I 3, 47-51.

Epist. II 10, 8-15

Intus lux micat, atque bracteatum
Sol sic sollicitatur ad lacunar,
Fulvo ut concolor erret in metallo.
Distinctum vario nitore marmor
Percurrit *cameram,* solum, fenestras:
Ac sub versicoloribus figuris
Vernans herbida crusta sapphiratos
Plectit per prasinum vitrum lapillos.

S. I 5, 40-46

Vix locus Eurotae, viridis cum regula longo
Synnada *distinctu variat.* Non lumina cessant,
Effulgent *camerae, vario* fastigia vitro
In species animata nitent. Stupet ipse beatas
Circumplexus opes et parcius imperat ignis.
Multus ubique deus, radiis ubi culmina totis
Perforat atque alio *sol* improbus uritur aestu.

Epist. IV 18, 17 sq.

Livor *abi mordax,* absolvanturque priores,
Nil novet aut addat garrula posteritas.

S. I 2, 26-30

Cedant curaeque metusque,
Cessent mendaces obliqui carminis astus,
Fama tace: subiit leges et frena *momordit*
Ille solutus amor: consumpta est fabula vulgi,
Et narrata diu viderunt oscula cives.

V. 27 *Marklandus* coniecit *mordaces* coll. Sidon. 4, 15:
Non ego *mordaci* fodiam modo dente Maronem.[1]

Epist. IX 13[2], 42-45

Manus uncta suco amomi
Domet hispidos capillos,
Arabumque messe pinguis
Petat alta tecta fumus.

22, 41-43

Corniger inde novi Ganges fit pompa triumphi:
Cernuus *impexam faciem,* stetit ore madenti, et
Arentes vitreis adiuvit fletibus undas.

Ach. I 326-328

Tum colla rigentia mollit
Submittitque graves umeros et fortia laxat
Brachia et *inpexos*[2]) certo *domat* ordine *crines.*

---

[1]) Cf. quae exposui in Fleckeis. ann. 121 p. 500.

[2]) Ita praebent PPcM, implexos (l eras.) G[2], inplexos t.

III.

IAM VERSUS ALLATURUS SUM, QUORUM PRIMAE VEL MEDIAE VEL EXTREMAE PARTES EAEDEM APUD UTRUMQUE POETAM HABENTUR.

2, 57

Quam tamen angustam populus facit. *Itur in aequor*

2, 387

Audiit illa pater, simul annuit. *Itur in urbem*

S. I 4, 48 sq.

Et ferrum mulcere toga. Sic *itur in alta*
Pectora

2, 112

Tale puerperium quotiens *Lucina resolvit*

Ach. I 674

Attulit et partus index *Lucina resolvit*

2, 130

Iam tum *nosse datum est,* laribus cum forte paternis

Th. V 343

Accedunt. Post *nosse datum est:* Oeagrius illic

2, 223

Ante tamen quam te socium collega crearet

5, 596

Ante tamen vicisse mihi. Quod lumina flectis

Th. VI 431 sq.

Ante tamen cunctos sequitur longeque secundus
Amphiaraus agit

Th. VII 677

Ante tamen: Quid femineis ululatibus, inquit

S. II 2, 83

Ante tamen cunctas procul eminet una diaetis:
ita enim cum *Marklando* scribendum esse pro *una tamen cunctis,* quae *Baehrensius* mutavit in ‚*illa t. c.*', magnam habet probabilitatem coll. Th. VII 690 sq.

Eminet ante alios iam formidantibus arva
Amphiaraus equis.

2, 407-409

Est locus Oceani, longinquis proximus Indis,
Axe sub Eoo Nabathaeum tensus in Eurum,
Ver ubi continuum est.

22, 101-104

Est locus, irrigua qua rupe Garumna rotate
Et tu, qui simili festinus in aequora lapsu
Exis curvata Durani muscose saburra,
Iam pigrescentes sensim confunditis amnes.

Th. II 32-34

Est locus (Inachiae dixerunt Taenara gentes),
Qua formidatum Maleae spumantis in auras
It caput et nullos admittit culmine visus.

S. V 1, 222-224

Est locus ante urbem, qua primum nascitur ingens
Appia quaque Italo gemitus Almone Cybebe
Ponit et Idaeos iam non reminiscitur amnis.

5, 301 sq.

Vertebas campos, paulum si *pace sequestra*
Classica laxasses

Th. II 425 sq.

Plena minis, nec sceptra fide nec *pace sequestra*
Poscitis

Th. VII 442 sq.

Pectore in hoc. Ubi tunc fidei *pacisque sequestra*
Mater eras

5, 350

Ingemuit *lacrimis*que preces adiuvit *obortis*

Th. VI 43 sq.

sensere Pelasgi
Invidiam et *lacrimis* excusant crimen *obortis.*

5, 369

Aurea concordes traxerunt *fila sorores.*

7, 600

Concilio. Felix tempus nevere *sorores*

15, 201

Fulvaque concordes iunxerunt *fila sorores*

S. I 4, 123

Nectite nunc laetae candentia *fila, sorores*

Th. I 632 sq.

Labuntur dulces animae, Mors *fila Sororum*
Ense metit.

Th. III 205 sq.

In subitos regina lacus. Sic *dura Sororum*
Pensa dabant

Th. III 241 sq.

Certetis; sic Fata mihi nigraeque *Sororum*
Iuravere colus.

S. V 1, 156 sq.

— tenuantur *dura sororum*
Licia

6, 1 sq.

Pallados armisonae festum dum cantibus ortum
Personat

Th. I 535

Pallados armisonae pharetrataeque ora Dianae

7, 17

Forte pater superum prospexit *ab aethere terras*

Th. VI 357

Parnasi summo spectabat *ab aethere terras*

7, 126 sq.

Invidit fortuna sibi; sed concipe magnos
Quanquam fracta animos;

quo loco codd. 2781 saec. XI et 9551 saec. XIII (apud Baret. p. 158 sq.) pro *fortuna* exhibent *natura.*

S. I 3, 17 sq.

Indulsit natura sibi. Nemora alta citatis
Incubuere vadis

7, 336 sq.

Tandem *cunctanti sedit sententia,* celsum
Exorare virum

7, 570

Quae iubet ut iubeas. *Haec est sententia cunctis.*

Th. II 368-370

Iam potior *cunctis sedit sententia,* fratris
Pertemptare fidem tutosque in regna precando
Explorare aditus.

Th. III 491 sq.

Si datur et duris *sedet haec sententia* Parcis
Solvere Echionias Lernaea cuspide portas [1])

7, 526

Despec*tant, variis necnon quam partibus* ambit

Th. XII 476

Quidve pe*tant; variis necon affatibus* ipsae

13, 33 sq.

Mandem *perpetuis* legenda *fastis,*
Quaecunque egregiis geris triumphis.

---

[1]) Cf. Claud. Rapt. Pros. I 121.

S. IV 6, 7

Vinaque *perpetuis* aevo certantia *fastis.*

15, 126 sq.

At parte ex alia textrino prima Minervae
Palla Iovis rutilat

Th. IV 345

At parte ex alia Cadmi Mavortia plebes

Th. XI 354

At parte ex alia tacitos obstante tumultu

15, 132

Hic viridis patrio *Glaucus* pendebat *amictu.*

S. I 3, 71

Nocte sub arcana *glaucos* exutus *amictus.*

De fine versus cf. 7, 594. Th. VII 151. S. II 1, 113. 132. III 3, 3. 4, 55. V 2, 67. 3, 119. al.

Quod si hos locos congessi et comparavi, tamen noli me eum esse putare, qui tales quales modo attuli versuum partes argumento esse contendam, ad Statii potissimum vestigia se applicavisse Sidonium, quippe quae apud plerosque inde a Vergilio poetas Romanos usitatissimae fuerint. Immo si de Sidonii studiis Statianis disputaturus illa non omittenda duxi, id magis ea de causa factum est, ut ex mea quoque parte aliquid conferrem ad illustrandam magis magisque rationem, quae inter universos epicos Romanorum poetas intercedat in rebus maxime ad formam spectantibus. Qua nisi omni ex parte diligentissime pervestigata saepissime discernere non possis, utrum consulto sciensque quaedam imitatus sit poëta aliquis an usurpata illa quasi supellectili a prioribus tradita aliorum ingressus sit vestigiis; cuius rei multo magis velim ratio habeatur in iis, quae iam *de certa quarumdam vocum in versu sede* expositurus sum.

IV.

PRIMUM FERE IN SINGULIS VERSIBUS LOCUM OBTINENT:

aeternum 14, 5.*) 15, 86. 22, 72. Th. I 705. IV 420. V 107. S. V 1, 139.
concolor 2, 334. 5, 400. 11, 106. Th. V 366. VI 331. S. IV 7, 16*); quintum hexametri pedem efficit 22, 73. S I. 2, 149.
forte 7, 17. 15, 1. 22, 22. Th. VIII 21. XII 291. Ach. I 286. S. I 2, 51. III 1, 68. IV 6, 1.
ilicet 2, 234. 332. 5, 129. 228. 470. 15, 42. Th. I 92; quintum hexametri pedem efficit 5, 298. Th. V 539. VI 504. VIII 298. XII 450.
iactet 7, 4. S. I 3, 28.
perforat 7, 291. 11, 98. Ach. I 107. S. I 5, 46.
Sauromata, -es, -em, -as 7, 83. 237. Ach. II 419. S. III 3, 171. V 2, 136.

SECUNDUM FERE HEXAMETRI PEDEM LONGAMQUE TERTII PEDIS SYLLABAM EFFICIUMT VOCABULORUM FORMAE, QUARUM SCHEMA HOC EST (⏑) – ⏑ ⏑ –, VELUT.

Arcitenens 23, 266.*) Ach. I 682. S. IV 4, 95.
attonitus 2, 74. 107. 7, 25. Th. I 125. II 330. 447. 479. 683. III 253. 580. IV 382. 669. V 400. 541. VI 685. VII 118. 127. 227. 452. VIII 113. IX 233. 575. X 175. 770. 853. 873. XII 111. 278. 708. Ach. I 185. 283. S. I 2, 31. 82. III 3, 158. V 1, 29. 116. 2, 48. 3, 14; in primo pede 22, 34. Th. IV 90. V 622. VII 465. X 569. XII 466. Ach. I 531. 613. 890; in tertio et quarto pede Th. I 590. VI 600. VII 492. XII 13, et VI 660.

---

*) Asterisco versus significavi, qui non sunt dactylici.

egregius 2, 129. 13, 34.*) Th. III 99. 391. 654. IV 252. VI 564. VIII 128. 560. IX 47. 98. X 240. 402. 876. XII 575. S. III 2, 104. 3, 28. 4, 26. 99. IV 4, 8. V 2, 36. At primo loco 15, 189. Th. II 152. 203. X 444. XI 50. S. I 2, 108. IV 6, 86; in pede tertio quartoque Th. VII 541. XII 179. S. V 1, 4.

emeritus 2, 209. 7, 13. Th. I 336. III 591. XII 522. 638. S. III 5, 7. V 1, 124. 2, 24; primo loco 2, 526. 5, 299. 7, 461. S. II 2, 142. III 1, 58.

sagittifer 22, 22. ep. VII 17, 16. Th. VII 254. IX 571. Ach. I 416. S. III 3, 131.

terrificus 7, 327. Th. III 224. 667. VI 835. X 170. S. V 3, 97; primo loco Th. VII 407

THESIM QUARTI PEDIS QUINTUMQUE PEDEM EXPLENT VOCES, QUARUM SCHEMA HOC EST ⏑⏑ – ⏑⏑, VELUT.

a(d)spergine (aspargine) 22, 132. Th. II 674. V 406. VII 70.

circumfluus, -a 2, 46. Th. II 5. IV 824. V 49. VI 540. S. II 2, 78; in quarto pede V 2, 137.

compendia adiuncto genetivo 7, 420. Th. II 497. 658. VI 440 compendia metae, cf. Sidon. 23, 394. X 463.

reverentia 7, 485. 16, 86. Th. III 113. IV 814. V 27. VII 75. X 583. XI 467. XII 461. Ach. I 312. S. I 2, 101. III 3, 189.

Tirynthius, -e,-a 7, 29. 581. 13, 15. Th. VI 532. VI 725. VIII 460. 502. 750. IX 427. X 891. XI 45. XII 67. 584. Ach. I 261. S. I 3, 79. II 2, 109. III 1, 1. 125. 136. IV 6, 17. 90; in quarto pede Th. XI 234. S. III 3, 57.

IN EXITU VERSUS VOCES TRISYLLABAE MAXIME USITATAE ERANT, QUAE AMPHIBRACHYM VEL BACCHIUM EFFICIUNT: ⏑ – ⏓ VELUT.

alumnus, -a 2, 53. 5, 177. 199. 7, 139. 9,*) 21. 227. 22, 38. 23, 240. ep. IX 13^2, 110.*) Th. III 439. IV 148. 638. 779. V 54. 462. 501. VI 15. 378. 824. VII 5.

284. 667. VIII 149. 223. 432. 484. X 368. 767. 900. XI 45. XII 238. 361. 613. Ach. I 70. 118. 402. 420. 526. 629. 868. S. I 2, 158. 263. 3, 6. 87. 4, 21. 60. 5, 22. II 1, 1. 91. 2, 97. III 2, 20. 62. 4, 16. IV 5, 48.*) 7, 56.*) V 3, 106. 192; at cf. ep. VIII 11, 1.*) Th. VII 362. 733. XII 181.

curulis 2, 208. 7, 9. 158. 23, 309.*) S. I 2, 179. 4, 47. 82. III 3, 115. IV 1, 5. 36. 4, 77. V 2, 167.

Galesus 24. 59.*) S. II 2, 111. III 3, 93.

Gelonus 7, 237. 321. 23, 243.*) Th. II 421. Ach. II 133.

iugales 2, 375. 23,*) 352. 384. 393. Th. III 268. 413. IV 678. V 62 -em. VI 330. 391. 481. VII 72. 743. 790. IX 7. X 204. Ach. I 58. 633. S. III 5, 69. IV 3, 104.*)

relatu 11, 11. Th. VIII 515. Ach. I 400.

resulto ep. II 10, 22.*) Th. I 117. II 714. VI 42. XII 224. S. I 2, 223. III 1, 128.

serenus 7, 25. 15, 4. Th. I 209. V 11. VIII 427. XI 135. S. II 6, 65. III 1, 81. IV 2, 41. 8, 30.

vetustas 2, 299. 524. 13, 1. Th. IV 32. X 631. S. IV 1, 28.

virago 5, 170. Th. XI 414. S. IV 5, 23.*)

BISYLLABAE QUOQUE QUAEDAM VOCES IN FINE MAXIME VERSUS POSITAE SUNT VELUT

antrum 6, 9. 23, 181.*) S. I 2, 253. IV 6, 31; plurimis aliis locis.

limbus 15, 14. Th. VI 367. 540. Ach. I 330. 850.

sistrum 5, 459. S. III 2, 103.

Alia vocabula, quae vel initium versus efficiunt velut *deriguit*, *nobilitas, quinquaginta, salve* vel in quinto hexametri pede inveniuntur velut *gymnade, nebrida(s)* vel in exitu maxime collocata sunt velut *amictus, Araxes, habenae, hiatus, caelum, circus,* iam in superioribus commemoravi, nonnulla infra adferentur.

V.

De Singulis quibusdam vocabulis locutionibusque.

ales Tegeaticus 7, 20 (si recte conieci in Fleckeiseni ann. CXVII (1878) p. 786 pro eo, quod in editionibus legitur Tegeaticus *Arcas.*) S. V 1, 102 ales Tegeaticus; I 2, 118 volucer Tegeaticus; I 5, 4 volucer Tegeaee.

anni surgentes 7, 174. Th. I 571 pubescentibus annis; IX 765 pubescentes-anni; Ach. I 292 annique tumentes; II 96 reptantibus annis; S. III 5, 23 florentibus annis.

asarotici lapilli 23, 58; asarota S. I 3, 56.

aspero 15, 10 sq.

Alta cerastarum spiris caput asperat atrum
Congeries

23, 291 sq. caputque setis
Et tergum asperat.

Asperat primum hexametri pedem efficit Th. I 138. VI 671. IX 1. 705; quintum pedem I 642. IV 304 Ille Lycaoniae rictu caput asperat ursae (Cf. Sidon. 15, 10). VI 246. VII 496.

Fortasse Theb. II 541 sq., ubi codd. exhibent ‚*atra*que saetis/Terga' et *Heinsius* coniecit ‚*hirta*que s. t.', scribendum est ‚*aspra*que saetis/Terga' coll. Sidon. 23, 291 sq. De forma cf. Th. I 622 asprosque molares et *O. Muelleri* quaest. Stat. p. 12.[1])

aula caeli 7, 37 Quis canat hic aulam caeli. S. I 1, 106 nec te caeli iuvet aula.

bibere auribus 16, 124-126

Seu te conspicuis gradibus venerabilis arae
Concionaturum plebs sedula circumsistit,
Expositae legis *bibat auribus* ut medicinam.

---

[1]) Cf. etiam Th IV 268 sq. et aspera plumis/Terga.

Ach. I 794 »Aspicit intentum vigilique haec *aure* trahentem« vel ut *Gronovius* scribendum censuerat, *bibentem*. S. V 2, 58 sq. *Bibe* talia pronis / *Auribus,* ubi Heinsius *bibe* restituit pro *tibi,* quod est traditum.

bibulus ep. V 17, 4 bibulum vellus; IX 13², 19 bibulum-vellus; Th. XI 44 bibulas-arenas; S. IV 3, 54 bibulas-lacunas.

bivertex 22, 233 Nysa vale Bromio, Phoebo *Parnase bivertex;* ep. IX 15, 27 *Montem*que victor isse per *biverticem;* Th. I 628 sq. summaque *biverticis* umbra / *Parnasi* residens.

Cf. *Aem. Grossii* observ. p. XXVII, qui primum locum omisit, alterum perperam significavit (ep. 15, 9!)

calco 5, 206. 547. 24, 29. Th. I 239. 358. III 208. VIII 542. X 481. XI 341. 679. XII 37. 286. 317. Ach. I 403. S. I 3, 53. III 1, 24. IV 3, 78.

celsus 4, 4. 5, 64. 7, 57. 124. 231. 241. 247. 290. 336. 8, 2. 22, 116. 119. 194. 23, 161. ep. II 10, 5. IX 15, 26. Th. I 383. 630. II 256. 492. 529. III 681. IV 8. 44. 214. 296. V 152. 352. 479. VI 852. Ach. I 710. 779. S. I 2, 8. II 2, 134. III 1, 37. 3, 103. 145. IV 3, 127. V 1, 102.

census = res familiaris, divitiae 7, 228. 11, 91. 23, 223. 284. 457. S. II 1, 163. 2, 152. 6, 60. III 3, 148.

chelys = lyra 1, 16. 2, 310. 6, 2. 15, 67. 16, 3. 23, 190. ep. VIII 9, 9. Th. I 33. VI 366. VIII 233. 374. Ach. I 186. S. I 2, 226. 3, 99. 102. 5, 1. 11. II 1, 7. 11. 2, 60. 114. 120. III 5, 64. IV 3, 119. 4, 33. 6, 30. 98. 8, 38. V 1, 135. 3, 122. 156. 271. 274. 5, 33.

coetus iuvenum 23, 312-314

Tunc *coetus iuvenum,* sed aulicorum,
Elei simulacra torva campi
Exercet spatiantibus quadrigis.

S. I 2, 234 sq. Omnis plebeio teritur praetexta tumultu;
Hinc eques, hinc *iuvenum coetu* stola mixta laborat;

ita enim *Bernartius* quod traditum est *iuvenum questus* recte mihi emendasse videtur. *Baehrensius* alia usus distinctione versus ita restituendos censet:

Omnis plebeio teritur praetexta tumultu
Hinc, eques hinc; *iuvenumque arto* stola mixta laborat.

cognatus 2, 263. 513. 7, 203. 439. 8, 2. 9, 54. 238. 14, 9. 15, 28. ep. VIII 9, 52. Th. I 11. 102. 206. II 9. 637. IV 103. 392. V 579. IX 416. Ach. I 92. 273. II 7. S. II 4, 22. V 2, 52.

concipio 5, 1 *Concipe* praeteritos, res publica, *mente* triumphos.

7, 126 sq. sed *concipe* magnos
Quanquam fracta animos.

Th. X 665 Astra vocant, caeloque animam, plus *concipe,* mittes.

Ach. I 902 Iunge ergo manus et *concipe* foedus.

S. V 2, 127 Surge, *animo* et fortes castrorum *concipe* curas.

corytus 11, 56 Cuius fax, arcus, *corytus* pendebat.

Th. IV 268 sq. trux laeva sonat arcus, et aspera plumis
Terga Cydonea *corytos* harundine pulsat.

VII 660. IX 730. XII 527.

crudesco 5, 235 *crudescente* tumultu

7, 444 sq. in bella iterum quartosque labores
Perfida Elisseae *crudescunt* classica byrsae.

Th. II 679 sq. nec iam amplius irae / *Crudescunt*

VII 624 Tantus ab exiguo *crudescit* sanguine Mavors.

IX 670 At pugna ereptis maior *crudescit* utrimque

XI 323 exsangues *crudescunt* luctibus anni.

culmen 2, 89. 208. 5, 117. 268. 7, 54. 316. 463. 14, 22. 18, 3. 22, 21. 120. 149. 191. 213. 23, 179. 220. 444.

ep. IV 8, 3. 18, 20. VII 17, 22. VIII 9, 46. Th. I 210. 410. II 34. 257. 479. III 39. 207. 633. IV 680. V 312. 325. VI 715. VII 800. IX 194. X 92. 453. 840. XI 319. S. I 1, 59. 64. 4, 58. 5, 23. 45. II 2, 35. 73. 7, 60. III 1, 6. 79. IV 2, 30. 3, 19. 5, 14.

decoro 15, 46 Tu meditans totum *decóras,* Periandre. Corinthon.

S. IV 5, 47 sq. Sunt urbe Romanisque turmis,
Qui Libyam *decorant* alumni.

Ita enim *Marklandus* scribendum censet coll. loco Sidon. *Baehrensius* quoque, etsi *deceant* retinuit, tamen in adn. crit. Marklandi coniecturam probat.

dubii casus 5, 116-118
Hunc socerum pater huius habet, vir clarus et uno
Culmine militiae semper contentus, ut unum
Casibus in dubiis iunctus sequeretur amicum.

Ach. I 544 Nam mihi quis vatum *dubiis in casibus* adsit

S. II 1, 221 sq. Et *dubios casus* et caecae lubrica vitae
Effugit, immunis fati.

effulgeo 2, 2 *effulgens* trabealis mole metalli

Th. X 119 *effulgent* silvae; Ach. I 295 *effulget* tantum regina

S. I 2, 231 Fronte virent postes, *effulgent* compita flammis, quo loco Baehrensius *ecfulgent* coniecit. Ego *Marklandum* secutus sum coll. I 5, 42 *Effulgent* camerae;

Erythraeus 5, 497 maculis *Erythraeae* nebridos horrens

7, 353-355 Sic cinnama busto
Collis *Erythraei* portans Phoebeius ales
Concitat omne avium vulgus.

Th. VII 566 sq. *Erythraeis* quas nuper victor ab oris
Liber in Aonios meritas dimiserat agros.

S. IV 6, 18 Nox et *Erythraeis* Thetidis signanda lapillis.

Excutio 5, 190. 246. 6, 16. 7, 101. 257. 11, 104. 15, 18. 16, 67. 22, 63. 132. ep. IX 13[1], 4. Th. I 378.

II 83. 127. 129. 136. 250. 570. III 92. 249. 429. IV 485. V 603. VI 449. 671. VII 466. 522. VII 717. VIII 497. IX 453. 486. X 40. 69. 546. 745. Ach. II 4.

exhaurio 5, 581 *Civibus exhausta* est scil. tellus
S. III 5, 73 trepidas *exhausit civibus* urbes.

expavesco 2, 118 Inguinis *expavit* diffusum vite racemum
23, 274 sq. Qui iactos super arva Colcha dentes
Expavit
Th. XII 310 *expavere* umbrae
S. I 1, 71 sq. Ac primum ingentes habitus lucemque coruscam
Expavit maioris equi
S. I 3, 57 *Expavere* gradus

festus 9, 204-206 Non Bacchum trieterica exserentem
Describam, et tremulas *furore festo*
Ire in Bassaridas
S. II 7, 133-135 Cedat luctus atrox genisque manent
Iam dulces lacrimae *dolorque festus,*
Quicquid fleverat ante, nunc adoret.
Cf. *Markl.* ad hunc locum.

fragor 2, 146. 336. 5, 408. 592. 7, 571. 586. 23, 376. 416. ep. VII 17, 15. IX 13[2], 110. Th. I 119. III 26. 124. 669. V 337. 388. 393. VI 41. 117. 218. 601. 882. VII 123. 797. 815. VIII 14. 343. 409. IX 230. 554. X 95. XI 89. XII 790. Ach. I 647. S. I 1, 65. III 1, 132. IV 3, 62.

frango (fractus) quaeque cum iis composita sunt vocabula saepissime ab utroque adhibita sunt: quorum per singulos locos usum accuratius persequi longum est. Tres tantummodo locos ab re critica memorabiles exscribendos existimavi:
23, 129-132 Hic cum versatur piceis aquilonibus aestus,
Scrupeus asprata latrare crepidine pumex
Incipit, ac *fractis* saliens e *cautibus* altum
Excutitur torrens

Ach. I 390 Cycladas, *Aegaeae frangunt ubi saxa procellae,* quo loco *Nic. Heinsius* et *Menkius* scribendum censuerunt *plangunt;* at cf. Ach. II 104 sq. *fracta* ruentibus undis *Saxa;*

geminus 2, 136. 220. 247. 315. 522. 5, 594. 7, 200. 15, 136. 22, 217. ep. VIII 11, 41. 44. IX 13[1], 22. 15, 14. 16, 19; apud Statium sescenties.

gemmifer 2, 326 Pendula *gemmiferae* mordebant suppara bullae.

Th. VIII 237 Ceu modo *gemmiferum* thyrso populatus Hydaspen;

gemmo 2, 87 *gemmatam* pateram rex ipse retentans
17, 5 Non tibi *gemmatis* ponentur prandia mensis
Ach. I 850 *gemmatis* aut nectunt tempora limbis.
S. I 2, 144 *Gemmato* temone sedet.
S. I 5, 12 sq. dum nitidis canimus *gemmantia* saxis Balnea
S. II 4, 26 sq. Quem non *gemmata* volucris Iunonia cauda / Vinceret aspectu
S. III 4, 94 Nobile *gemmato* speculum portaverat auro.

habenae[1]) (plerumque) = currus, quae vis in lexicis illi voci non tribuitur; habenas premere; 16, 34 de ardenti curru Eliae: Hispidus *ardentes* auriga intraret *habenas.*

22, 69-71 de curru Apollinis:

sensim fera subvolat ales
Aerias terraeque vias, ne forte citato
Alarum strepitu *lignosas* frangat *habenas.*

23, 321 *Curvas* ingrederis *premens habenas*
23, 368 *Totas* ad podium ferens *habenas*
Th. III 33 sq. Ecce sub *occiduas* versae iam noctis *habenas* / Astrorumque obitus,

---

[1]) Haec quoque vox in fine versus collocata esse solet.

ubi *Barthius* aliter scribendum censuerat (cf. *O. Mueller.* in adn. crit.) III 260 sq.

Gaudet ovans iussis et adhuc temone calenti
Fervidus in laevum torquet Gradivus *habenas.*

IV 219 Arma simul pressasque iugo moderatur *habenas.*

VI 25-27 Clara laboriferos caelo Tithonia currus
Extulerat *vigiles*que deae pallentis *habenas*
Et Nox et cornu fugiebat Somnus inani.

VI 417 Nunc pugnante genu et *pressis* duplicantur *habenis.*

VI 440-442 Speravit flexae circum compendia metae
Interius *ductis* Phoebeius augur *habenis*
Anticipasse viam.

VI 478 Obstitit Hippodamus *medias*que inmisit *habenas.*

VII 738 Ille ruit. Deus ipse *vagis* succedit *habenis.*

XI 426 Advolat et *medias* inmittit Adrastus *habenas.*

iaculabilis 5, 50 iaculabile fulgur; 15, 26 iaculabilis insula; Th. VI 658 sq. iaculabile-pondus.

Itaque errat *Grossius* observ. p. XXX, cum dicat, hanc vocem semel ante Statium (apud Ovid. met. VII 680) et post eum non inveniri.

inglorius = inornatus (cf. Klotzii lex. s. v.)

2, 54 sq. sic trunca reportat
Bosphoreis elephas *inglorius* ora tributis. [1])

Th. IX 108 sq. convulsae cuspide longe
Diffugere iubae, patuitque *ingloria* cassis.

Cf. etiam S. II 4, 33. III 1, 9. V 3, 138.

intervireo 5, 39 Marmoris herbosi radians *interviret* ordo.

Th. IV 98 laetisque minax *interviret* herbis.

Haec quoque vox admodum rara est. Debebat a *Grossio* obs. p. XXX praeter Statii Claudianique (d. r. Pros. II 100) locos ille quoque Sidonianus adferri.

iura dare 2, 203. Th. VII 186. XI 721 sq. S. III 2, 94. V 2, 144. 3, 186.

---

[1]) Cf. Claud. cons. Stil. III 350 sq.

iura regere 7, 296 iura regebat; 7, 312. Cf. ep. IX 16, 32 Iura gubernat; Th. XI 165 iura regentem. Cf. S. I 2, 267

Qui *leges,* qui castra *regant,* qui carmina ludant; et Markl. ad h. l.

laquearia ep. IX 13², 48. Th. I 144. S. I 3, 57. III 3, 103. IV 2, 31.

laudo = cum laude cantare (Markl.) 4, 5 sq.

Sed *rus* concessum dum largo in principe *laudat,*
Caelum pro terris rustica musa dedit.

S. IV 2, 56 Et Pallenaeos Phoebum *laudare* triumphos.

liquidus 2, 405 liquidam-aethram; 436 liquido-tramite; 11, 112 liquido-tractu[1]; 23, 346 liquidos poli meatus; Th. I 294 Aera-liquidum, III 504 liquidoque polum complexa meatu, IV 7 liquido-caelo, V 524 liquidum-aera, VIII 369 liquido-aethere, IX 364 sq. liquidum-iter, Ach. I 99 liquidum-aequor, 236 liquido-ponto, II 155 liquidam-Palen, S. I 3, 60 liquidas-auras; 5, 15 liquidos-vultus, III 1, 157 liquidas palaestras, V 1, 103 liquidas-auras.

ludus (erat) adiuncto infinitivo 2, 138. 5, 248. 7, 193. 371. Ach. II 156.[2]

lustra (ferarum domicilium) 2, 43 lustra feris vacuant, 151 lustra pererrans; 7, 189 Et lustris recubare feras, 195 post lustra revertens; 9, 133 lustra terens-ferarum; Th. I 404 Lustra terit, Ach. I 358 lustris vagari, II 102 sq. ire per invia-lustra; S. III 1, 169 Lustra habitata feris. Cf. etiam Th. IX 615. S. II 2, 54.

Macetum genet. 2, 469. 5, 428. Th. VII 269. Ach. I 202. S. IV 6, 106. Cf. Ach. II 132 et *Kohlmann.* adn. crit. ad I 202.

male (sequente adiectivo vel participio) 2, 466 male credula; 5, 55 male fecundas-aristas; 7, 330 male

---

[1]) Cf. Claud. III. cons. Hon. 163. [2]) Cf. Claud. III. cons. Hon. 23.

credulus; 9, 196 male fluctuante flamma; cf. etiam 22, 183. Th. I 314 male debita regna, VII 179 male foeta, 632 male fidus, VIII 266 male pervìgil, IX 759 male dilectum, X 278 male tela tenentem, XI 232 male fortis, 656 male suadus.

Mimallones 1, 13 Satyrisque Mimallones aptae, Th. IV 660 scissasque Mimallones ursas. Cf. Gross. obs. p. XXV: *Mimallones* pro *Bacchis* ut apud Lycophronem Strabonem (X p. 468) Plutarchum.

missilis 5, 188 in primo; 15, 19 in quarto; 16, 49. 22, 63 in quinto pede (missile); Th. VIII 587. IX 771. X 839 in primo; Th. IV 176. V 387. VII 729. VIII 524. XII 767. Ach. I 612 in quinto pede (missile.)

năto (propria quadam significatione) 7, 276 sq. natat obruta tellus/*Sanguine;* 19, 4 *lumina* vestra natant; 22, 33 Dulce natant *oculi;* ep. VIII 11, 6 Laxo pes natet altus in cothurno. Th. II 337 sq. haec ora nanatare/Fletibus, 638 *oculos* etiamnum in luce natantes, V 255 epulasque in caede natantes, VI 841 sq. *sanguine* laxo/Membra natant, IX 438 Stagna *cruore* natant, X 299 *sanguineis*que natant tentoria *rivis* (ita enim corr. M. Haupt. opusc. III 643 codicum scripturam »sanguineis *nutant.*«) S. II 1, 17 sq. lacrimis en et mea carmina in ipso/Ore natant. (S. V 5, 84 *Baehrens.* scribit *cadentes,* antea lectum erat *natantes* scil. genas v. 85.)

nec non 2, 84. 121. 416. 7, 285. 361. 526. 15, 80 post caesuram penthemimeren quam dicunt; 9, 41. 277. 22, 47. 23, 189. ep. IX 13 [1], 10 in pede primo; 2, 90. ep. IX 13 [2], 56. — Th. I 353. II 112. IV 80. V 190. VI 442. XII 476. 770. S. IV 8, 8 post penthem., Th. V 463. VI 209. X 580. XII 137 in primo pede; II 371. IX 488. XII 750.

nŏtae 2, 102 sq. cunabula vestra/*Imperii* fulsere *notis,* Th. IV 744 *Regales* tamen ore *notae.* Cf. I 528. VII 302. IX 688. S. I 1, 16.

occiduus 2, 365 occiduam-Calpen; 7, 88 *Sole* sub *occiduo;* 22, 187 *Occiduum* ad *solem;* ep. VII 17, 8 Occiduum-adusque solum; Th. I 200 Primaeque occiduaeque domus (cf. S. I 4, 73 Occiduae primaeque domus,) III 33 Ecce sub occiduas versae iam noctis habenas, IV 283 *occiduum-Titana,* V 477 occidui-Phoebi, X 84 occiduae-noctis; S. V 2, 55 *Lucibus occiduis,* si recte emendavit *Baehrens.* traditam scripturam *Fluctibus.*

Pharos = Aegyptus 7, 92 sq. vidit te frangere Leucas,
Trux Augute, *Pharon;*
S. III 2, 102 Nunc regina *Phari* numenque orientis auheli;

piger 2, 504. 5, 144; 7, 46 *pigros-gradus;* 15, 194. ep. IX 15, 4. Th. I 371. II 2. 482. IV 51. V 549. 600. VIII 17. 637. IX 396. 452. X 89. 108. 143. XI 588. Ach. I 438. S. I 4, 57. 5, 53. 6, 91. II 2, 7. 3, 66; 5, 22 *piger* ille *gradu;* III 2, 73. 3, 21. IV 3, 27. 66. 4, 40. V 3, 271.

pignora (pignus) = liberi 5, 318. 6, 10. 7, 169. 9, 110. 22, 91. Th. I 87. 394. IV 564. 632. 772. V 432. 473. VI 50. 180. IX 361. X 710. 797. 805. XI 428. 479. 703. Ach. I 127. 384. 783. S. II 1, 87. III 3, 121. 5, 59.

polus 5, 512. 6, 22. 9, 97 bis. 10, 4. 13, 2. 15, 61. 143. 23, 346; apud Statium saepissime.

pondus saepissime ab utroque adhibitum est. Antithesis figura memorabilis est hisce locis:

7, 529 sq. Aggreditur nimio curarum *pondere* tristem
Gaudens turba virum.

S. I 3, 90 Scilicet hic illi moderantur *pondera* mores,
vel, si *Marklandum* sequimur:
Scilicet hic hilari miscentur *pondere* mores;
II 3, 65 Blandus honos hilarisque tamen cum *pondere* virtus,
V 3, 246 Quid referam expositos servato *pondere* mores.

praelibo 7, 223 sq. Hinc te paulatim *praelibat* sensibus imis
Atque animis vult esse suum,

Ach. I 761 sq. Tum vero intentus vultus ac pectora Ulixes
Praelibat visu,
si codicibus a *Kohlmanno* littera M insignitis fides habenda est. Cf. etiam Th. IV 464. S. III 4, 60.

premo cum compositis sescenties apud utrumque invenitur.

regemo 11, 123 Ignem per bifores *regemunt* cava buxa cavernas.
Th. V 389 — abiunctis *regemunt* tabulata cavernis.
VIII 17 Tunc *regemunt* pigrique lacus ustaeque paludes.
Cf. *Gross.* obs. p. XXX, qui dicit, hanc vocem ante Statium semel (culex 385) et post eum non inveniri.

retexo in fine versus 5, 151. 353. 9, 103. Th. III 338. V 296. S. V 3, 29; III 5, 9 retexere telas.

Rhiphaeus 2, 244 Rhiphaea de caute cadit,
Th. I 419 sq. grandinis instar / Rhiphaeae

roto 5, 234. 247. 413. 496 sq. *rotat* enthea *thyrsum* / Bassaris; 9, 140 Occultos Veneri *rotasse thyrsos,* 206 sq. Ire in Bassaridas, vel infulatos / Aram ad thuricremam rotare mystas. 11, 120 Indica Echionio Bromii *rotat* orgia *thyrso.* 15, 18. 60. 22, 101. 23, 117. 345. ep. IX 16, 35. — Th. II 461. 607. VI 536. 681. 790. VII 169-171
Turba meas acies, mea tantum proelia norunt,
Nectere fronde comas et ad inspirata *rotari*
Buxa, timent *thyrsos* nuptarum et proelia matrum.
VIII 521. 700. IX 198. 469. 802. X 173. 534. 745. 859. XII 748. Ach. I 56. S. IV 3, 79. 121.

rumpo (ruptus) et composita sescenties apud utrumque reperiuntur. Ex magna locorum copia adferre libet 15, 165 sq. Hic vovet Alceste praelato coniuge *vitam Rumpere* coll. S. V 1, 205:
Ille etiam maestae *rupisset* tempora *vitae* et 22, 115 *Aethera* mons *rumpens* coll. Th. I 354 subita face *rumpitur aether.*

scribo 16, 79 sq.
Cum Procyon fureret, cum solis torridus ignis
Flexilibus rimis sitientes *scriberet agros.*
Th. XI 513 sq. It praeceps sonipes strictae contemptor habenae
*Arva*que sanguineo *scribit* rutilantia gyro.

scrupeus 22, 130 Scrupeus-pumex, Th. IX 411 sq. scrupea-ora.

silva = conferta multitudo 22, 206 artatis stat *saxea silva* columnis.
ep. II 10, 20 sq. Et campum medium procul locatas
Vestit *saxea silva* per columnas.
Th. IV 220 sq. ferrea curru / Silva tremit, V 533 Vexit harundineam centeno vulnere silvam.

specto 5, 199 sq. Discipulus, non miles adest; et fingit alumnum,
Aemulus econtra *spectat.*
S. II 2, 93 Et Chios et gaudens fluctus *spectare* Carystos, quo de loco disserui in Fleckeiseni ann. vol. CXVII (1878) p. 573 sq.

stare, de ira 4, 4 Nec *stetit* ad tenuem celsior *ira* reum. 7, 185 *stetit ira* tremens, Th. III 96 sq. Sed ducis infandi non hactenus *irae* / *Stare* queunt;
de pectoribus 2, 258 *stant pectora* vasta; S. I 2, 270 sq. Parce, puer, ne mollem uterum, ne *stantia* laedas *Pectora.*

stemma 7, 154 sq. rutilat cui maxima dudum
Stemmata complexum germen coll. S. II 6, 11 sq.
cui maior *stemmate iuncto*
Nobilitas ex mente fuit,
ubi *iuncto* non in *cuncto* mutandum esse cum *Lindenbrogio* putaverim coll. voce *complexum* apud Sidonium. 23, 178. S. III 3, 44. IV 4, 75. 6, 88. V 2, 23.

tener 2, 116, 141. 254. 7, 367. 9, 7. 11, 95. 23, 159. 168. 204. 213. ep. IX 16, 58. Th. I 423. 611. II 72.

235. 353. 707. III 541. IV 257. 319. 702. 790. 794. V 70. 443. VI 54. 121. 303. 757. VII 244. VIII 577. IX 320. 335. Ach. I 148. 291. 478. 644. II 96. 108. S. I 2, 54. 63. 3, 9. 5, 16. II 1, 40. 88. 2, 46. 3, 8. 6, 23. 49. 7, 54. III 3, 190. V 2, 66. 71. 5, 18.

tesqua 5, 90 sq. velut hispidus alta / Sus prope *tesqua* iacet; 16, 91 flammatae Syrtes et inhospita *tesqua;* S. II 3, 14 Coelica *tesca* subit; quo loco traditum est *tecta.*

titulus 2, 150. 5, 319. 326. 7, 161. 23, 14. ep. III 12, 19. IX 16, 26. Theb. III 156. IV 263. VI 127. X 712. S. II 2, 125 coniectura restitutus est a *L. Grasbergero* in Fleckeiseni ann. vol. CXV (1877) p. 420 recte, ut mihi quidem videtur:

Spemque metumque domas *titulo* sublimior omni.

A et C *tuto* exhibent, *vitio* Domitius coniecit, *astu* Baehrensius. S. II 2, 146. 7, 62. V 2, 22. 31. 148.

torpeo, torpor 2, 9. 5, 521 sq. mea *torpor inerti* / Membra rigore ligat, 536; 7, 134 sq. *torpentia* tolle / *Lumina.* Th. X 90. Ach. I 641. II 38. 117. S. II 1, 146 iam frigentia *lumina torpent;* III 2, 73. 5, 84. IV 7, 21. V 3, 260 *torpor iners.*

trieteris, trieterica 9, 204 Bacchum *trieterica*[1]) exserentem; ep. II 8, 13 Vix actam *trieteridem* dolemus, Th. II 661 sq. non haec *trieterica* vobis / Nox patrio de more venit, IV 722 atra sacrum recolet *trieteris* Ophelten. VII 93 sq. Da, parve, tuum *trieteride* multa / Instaurare diem, IX 480 insanae maculant *trieterica*[1]) matres, Ach. I 595 sq. Alternam renovare piae *trieterida* matres / Consuerant, S. II 6, 72 Cum tribus Eleis unam *trieterida* lustris.

unda frequens apud utrumque occurrit. Satis habeo hos locos adferre: 23, 208 sq. Tunc hac mersus aqua

---

[1]) Fortasse *trieterida* scribendum est. Cf. *Kohlmann.* ad Ach. I 595.

loquacis undae / Pro fluctu mage litteras bibisti (dicitur de fonte Hippocrene) cf. 14, 7. — S. I 2, 6 Et de Pieriis *vocalem* fontibus *undam;* V 5, 2 Castaliae *vocalibus undis.*

undo 2, 108 undantem segetem; 15, 133 *Undabant* hic arte *sinus;* 23, 238. Th. I 449. 552. II 124. 635. IV 266 *undantem*que *sinum,* VIII 340 undantis arenae, IX 382. X 716. Ach. I 87. S. IV 3, 138.

undosus 5, 30 *undosi-mariti* (v. supra); 14, 20 Undoso-hoste; 22, 210 Undosa-coenacula. Theb. III 479 undosae-Pisae, IV 708 patris undosi, Ach. I 27 sq. undosis-thalamis; S. I 5, 34 undosa Carystos; V 2, 137 *undoso-coniuge* (v. supra)

vallo (vallatus) 2, 63. 7, 64. 16, 9. 23, 422. Th. V 17. VI 132. IX 501. X 564. XII 17. 182. Ach. I 491. S. II 6, 92. V 1, 156. [1])

varius ita fere positum est, ut ultima syllaba in arsim tertii quartive pedis incidat. 1, 9. 29. 2, 164. 423. 7, 204. 215. 288. 526. 532. 9, 280. 23, 166. 458. ep. II 10, 11. IX 13 [1], 12. 13 [2], 86. Th. I 136. 516. 672. II 264. 282. III 18. 179. 381. 426. 516. IV 406. V 147. 348. VI 466. 560. 588. 826. VII 127. 536. 570. VIII 24. 610. X 59. 558. XII 173. Ach. I 309. 716. 786. 829. 847. II 66. S. I 3, 47. 4, 109. 5, 42. III 2, 43. 3, 63. 5, 95. V 1, 231.

vastus 2, 179 vastas-catenas, 258 pectora vasta; 5, 246 vastum-inane; 7, 194 Vasta-venabula; 22, 74 vasta dulcedine, Th. I 368 sq. vastum-iter, 377 vasto-umbone, II 538 vasto-lacerto, III 670 vasto-tumultu, V 248 sq. vastae Urbis, 386 vastae-sudes, 515 vastas-ornos, VI 709 vasto-turbine, VII 585 inpete vasto, XII 273 vastos-sulcos, Ach. II 105 vastae-silvae, 126 vasto-antro; S. I 1, 18 *vastis-armis* (ita *Baehrens.* scribit

---

[1]) Cf. Claud. Rapt. Pros. III 320. bell. Poll. 188.

pro [ex]*haustis*-armis) cf. Th. III 670. — S. III 2, 129 sq. vastos-fluctus.

veternus 7, 596 sq. attolle genas ac turpe *veternum* / Depone; Th. VI 94 sq. transgressa *veterno* / Fertur avos; S. III 2, 119 sq. blando qua mersa *veterno* (ita *Markl.* pro *veneno,* quod C a exhibent) / Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.

At, dicet aliquis, qui probari potest Sidonium verborum supellectilem, cuius modo partem praecipuam collegisti, non undecumque ex superiorum aetatum deprompsisse poetis? Ego vero nihil aliud volui demonstrare quam utriusque poetae dicendi rationem omnino fuisse simillimam. Constat autem Statium voces quasdam locutionesque iterum atque iterum adhibere non dubitasse, quae cum apud Sidonium quoque admodum frequentes recurrant, num casu id accidisse putabimus? Est certe haec ipsa res ad rem quoque criticam maximi saepe momenti. Et ut quaedam iam apud superioris aetatis poetam velut Vergilium inveniantur, minime inde efficitur, ex illo ipso ea esse petita: quamquam qui ita censent redargui haud facile possint. At quod vix refelli potest, num id ea ipsa de causa iam pro comperto habendum est?

[1]) Cf. *Bernhardy.* h. l. R.[5] 514: an der festgesetzten Auswahl wiederkehrender Wörter, Phrasen, Gleichnisse, Figuren, deren Häufigkeit in Schwall und gesuchte Dunkelheit ausläuft, merkt man den Improvisator, der mit dem poetischen Hausrat spielt.

VI.

Appendicis loco alias quasdam dicendi generis Statiani Sidonianique proprietates tetigisse liceat.

Ac primum Statii proprium est simili data occasione similibus vel paene iisdem usum verbis easdem res enarrare, qua de re cf. Gross. obs. p. 21: *a Sidonio quoque haec consuetudo non est aliena.* Praeter locos quos iam in superioribus attuli hi potissimum conferantur:

2, 70 sqq. 15, 162 sqq. 23, 181 sqq. ep. VIII 11, 17 sqq. de Orpheo.[1]

2, 156 sqq. 15, 42 sqq. 23, 101 sqq. de septem sapientibus Graeciae.[2]

2, 182 sqq. 9, 210 sqq. 23, 145 sqq. de scriptoribus poetisque Romanorum maxime.

2, 229-231. 9, 251 sqq. 23, 18 sq. de Mario bellisque cum Cimbris et Iugurtha gestis.

2, 307-309. 22, 67 sqq. de curru Apollinis.

2, 387 sqq. 5, 13 sqq. 7, 45 sqq. de Roma dea.

2, 454 sqq. 7, 98 sqq. de Crassi in bello Parthico interitu.

2, 493 sqq. 5, 132 sqq. 9, 64 sq. 23, 272 sqq. de Medea et Iasone.

2, 526. 5,80 sqq. 7, 68 de Senonibus et Brenno.

2, 531. 5, 86 sq. 342 sq. 7, 130. 552 sqq. de Hannibale proelioque Cannensi.

5, 66 sqq. 7, 65. 23, 80 sq. de Mucio Scaevola et Horatio Coclite.

5, 320 sqq. 7, 102 sqq. de Romanorum inde ab Augusto imperatoribus.

5, 456 sqq. 7, 92 sqq. de Antonio et Cleopatra.

---

[1]) Cf. Claud. carm. XXXIV 15 sqq. [2]) Cf. Claud.

7, 36. 11, 4 de Thiphye.
7, 134. 15, 17 sqq. de pugna Phlegraea.
9, 91 sqq. 13, 1 sqq. 15, 141 sqq. de Herculis laboribus.
9, 107 sqq. 23, 277 de Thyestae cena.
11, 89 sq. 15, 174 sqq. in quas formas Iuppiter conversus sit.
15, 177 sq. 23, 283 sqq. de turri Danaes.

Deinde Statium duobus deinceps versibus eandem saepe vocem adhibuisse constat.; cf. Gross. obs. pp. 11-17. *Apud Sidonium quoque similis neglegentiae exempla haud ita rara sunt.* Cf. 2, 236 sq. belli-bellum. 5, 145 sq. sidera 574. 578 lassatis-lassata. 9, 222. 224. 233 sonare-sonat-sonare. 11, 56 sq. pendebat-pendens. 15, 59 sq. numerus-numero. 185 sq. subrisit-ridebat. 22, 166 sq. miles-militis.

Denipue *et* particulam ut apud Statium ita apud Sidonium quoque saepe esse postpositam idem *Grossius* obs. p. 46 sq. demonstravit allatis exemplis quamquam non omnibus. [1])

Metricam Sidonii artem iisdem fere legibus adstrictam esse, quas apud Statium valere *Otto Muellerus* docuit quaest. Statian. Berol. 1861 editis, facile erat demonstrare: sed propria de hac re quaestio tum erit instituenda, cum critica quam dicunt editione carminum Sidonianorum niti licuerit. Itaque singula tantummodo adferre satis habeo ordinem secutus a Muellero constitutum.

illĭus 2, 369. 395. istĭus 5, 153. potĭtur 2, 523. } Mueller. p. 11 sq.
asprata 2, 419. 22, 130. }

ii fit *i* in formis verborum eundi cum compositis, saepenumero in genetivis, in *di* 7, 418. 506. *isdem* 5, 156. 467.

[1]) Legitur apud eundem p. 49: ,Nihil commemorandum erat de tertia particulae copulativae forma *ac,* quam nemo unquam suo loco removit.' At cf. 7, 490 sq. cum cogere possis / Servitium, trahere *ac* populos iu bella sequaces.

Duae *e* in unam coeunt in *deesset* 2, 278. *deerat* 11, 51. In exitu versuum per synaeresim profert *Capharei* 5, 196. 15, 1. *alveum* 7, 396. *Pyrenei* 7, 527. *Elisei* 16, 31. *Orpheum* ep. VIII 11, 17. *Dehinc* iambus est, ubicunque adparet: 16, 15. 22, 192. 24, 76; *deinde* bisyllabum 2, 212. Cf. *Mueller.* p. 13. *Kohlmann.* ad Ach. I 370. *Huic* bisyllabum est S. I 1, 107. 2, 135. Sidon. 7, 145. Cf. *Markland.* ad S. I 2, 135.

Alliterationis quam dicunt usum a Statio non alienum esse satis constat. Cf. ea, quae *Baehrensius* dicit in *Bursiani* ann. IV part. II 155 sq. et Joh. Kvičala: Neue Beiträge z. Erkl. d. Aen. p. 293 sqq. Sed longum est singulos qui huc spectant locos enumerare quasque Statius leges in adhibendo illo orationis ornamento observaverit accuratius persequi: quare commemorasse sufficiat in exitu maxime versuum voces syllabasque in arsi (vel thesi) positas ab iisdem litteris capere initium. Cf. S. I 2, 59 **c**onscia **c**ulpae, 66 **d**ivumque **d**edisti, 73 **c**ognomina **c**aelo, 85 **cu**pidum de**cu**rrere **c**ampo, 94 **ma**ter, a**ma**tos, 104 **p**ectora **p**ennis, 118 **con**sidere **con**cha, 132 **c**onspecta **c**ubile, 218 au**r**o**r**a ma**r**iti, 225 **c**omitique **c**anoro, 234 **t**eri**t**ur prae**t**ex**t**a **t**umul**t**u, 244 La**v**inia **v**ultus, 266 **p**ro**p**erate ne**p**otes, 275 **d**amna **d**ecoris. 3, 47 sq. **Vi**di artes **v**eterumque **m**anus **v**ariisque **m**etalla / **Vi**va **m**odis, 58 par**t**i**t**is dis**t**an**t**ia **t**ec**t**a **t**richoris, 61 **p**assura bi**p**ennes, 98 **v**icina **v**oluptas. 4, 89 **Rhe**numque **re**bellem, 96 **n**uper ho**n**ora, 115 **p**o**p**ulique **p**atrumque, 120 sq. **c**onexa **c**arinae / **C**ymba, 128 **va**cuet Me**va**nia **va**lles. 5, 5 **c**armina **c**oetus, 6 **r**egemque co**r**usci, 25 excep**t**ura na**t**a**t**us, et saepissime in Silvis. Ach. I 562 sq. **c**onscia **cu**lpae / **Cu**ncta, 605 sq. **m**endacia **ma**tris / **M**irantur, multisque aliis locis.'

Quibuscum cf. apud Sidonium 2, 2 **m**ole **m**etalli, 11 ele**m**enta **m**overi, 39 **l**acte re**l**icto, 52 **m**adefactus

amomo, 63 commoda cingunt, 64 partita triumphos, 68 prisca propago, 69 dicere digno, 82 formula foedus, 91 claustra coercens, 92 terrore relegans, 99 cui casside crinis, 107 pendente trapetas, 179 crure catenas, 187 patre polita, 192 laude loquendus, 196 nata nepotes, 211 passa repulsam, 217 regia regno, 223 collega crearet, 232 provincia vidit, 252 puncta profundis, 311 septena sonare, 314 numine nobis, 365 cadavera Calpen, 386 classica classes, 399 fasce fatigat, 404 crura catenas, 414 sq. casiam, colocasia, calthas, / Costum, 429 parvisque papillis, 431 crura rubentia rugas, 438 regna revisis, 445 Caspia consul, 469 Paule, nepotes, 476 regna Corinthum, 494 carcere circi, 502 pronuba poscit, 511 cincta carinis, 521 Memnona misi, 538 portumque petenti, al.

Antithesis figuram a Statio saepe esse adhibitam rectissime intellexit *Marklandus* hisce usus verbis ad S. III 2, 61: »multum in Statio intelligendo profecerit qui talia antitheta notare poterit.« Cf. etiam Gross. obs. p. 16 sq. Liceat pauca adferre exempla.

Th. I 15 gemitus et prospera, 31 undarum terraeque potens, 155 vitae mortisque, 160 sq. Borea gelidas madidive tepentes / Igne Noti, 171 sq. humili laesisse veneno / Summa, 417 Maior in exiguo regnabat corpore virtus, 620 post lacrimas-gaudia, II 127 simul horret avum fratremque requirit, IX 62 sq. longi pignus amoris / Ira brevis. S. I 1, 16 Mixta notis belli placidamque gerentia pacem, 93 terra polusque; 2, 82 nocte dieque; III 1, 83 Et magnum Alciden humili lare parva premebat; 3, 56 aequare iacentia summis, 139 terris — et astris; 5, 1 die-noctibus, 91 nudi tectique theatri; IV 1, 33 Tu, iuvenis, praegressus avos; 4, 37 sq. parvusque videri / Sentirique ingens, 61 occasus — et ortus, et plurimis aliis locis.

Sidonii vero carmina scatent illa figura. Solum carmen secundum haec continet exempla: 3 novum-vetus, 8 rara frequens, 29 una-duorum, 37 molles-durat, 56 sq. ingentem spatiosis-angustam, 58 veteres-nova, 63 pelago, terrarum, 76 sq. primis in annis-senis, 80 sq. clauserat-patere, 179 vastas tenuato, 181 pallida securo, 208 senum puer, 219 emerito iuvenis veteranus in auro, 248 visus adest oculis absentibus, 250 sq. fornice non spatioso / Magna vident spatia, 268 sq. non peccante-peccare, 277 Nec licitis nec furtivis, 278 sq. deesset-non defuit, 285 sq. Marte pedestri-eques, 301 sq. vitae-mortis, 312 sq. quorum tibi funera servat / Cantus, et aeterno vivunt in carmine mortes, 356 pacem pugnamque, 358 sq. Incertum-certa, 371 tellure marique, 375 niger albentes, 385 terra vel unda, 419 lēves-asprata, 423 perdit-possidet, 439 sq. aspera miscens / Mitibus, 483 privatum-publica, 514 vixit morte sua, 530 pelle-petas, 541 quam magna geras quam tempore parvo, 548 vincture novos absolve vetustos.

CONSPECTUS LOCORUM AB RE CRITICA MEMORABILIUM.

Druck von Friedrich Jasper in Wien.

Druck von Friedrich Jasper in Wien.